RESPONSIO
AD
Totam Quæstionum Syllogen à clarissimo Viro
Domino GUILIELMO
APOLLONIO, Ecclesiæ
Middleburgensis Pastore, propositam.

Ad componendas Controversias quasdam circa *Politiam Ecclesiasticam* in *Anglia* nunc temporis agitatas spectantem.

Per IOHANNEM NORTONUM Ministrum Ecclesiæ quæ est *Ipsuci* in *Nova Anglia*.

Ezechiel. 43.11. *Quumque pudore suffusi fuerint propter omnia quæ fecerunt, tum notifica eis formam illius domus, & constitutionem ejus, & exitus ejus & introitus ejus, & omnes formas ejus, & omnia statuta ejus, & omnes formas ejus, & omnes leges ejus; & describe illam ante oculos eorum; & custodiant omnem formam ejus, & omnia statuta ejus & faciant ea.*

BODLEIANA

LONDINI,
Typis R. B. impensis *Andreæ Crook*, ad Insigne Draconis viridis in Cœmiterio D. Pauli. 1648.

Lector Benevole

Libellum hunc sub prælo, quasi in ipso portu, diu haerentem, jam tibi obstetricamus, non quod nostri sed quod Iesu Christi partus (nec [illegible]) adversus Apollinarium agit & [illegible]. Modo quidem partus est & [illegible] et virtute [illegible] & [illegible] dicit sed disputat, [illegible] sunt ad pugnam, non ad pompam; [illegible] sed [illegible] Christi [illegible] adducere [illegible]. Non dolo sed aperta manu [illegible] Vnum est [illegible] [illegible] Christum e-

nim

nim mensæ suæ cum sanctis suis, ut Oleæ cum plantis, accumbentem resque palatii sui, hoc est, per uniuscujusque particularis fidelium cætus Presbyteros & fratres (ex aliorum autem consilio, *& consilio tantum si res postulaverit, non* imperio) *administrantem, numeroso argumentorum agmine circumvallat & stipatur. Sub hac insigne, Pro* Rege *Christo & Grege Christi dimicat. Et in his duobus omnis cardo nostri a fratribus dissensus, maxime vertitur. Hoc enim palam confitemur & conclamamus (quod etiam fratribus nostris innotuit) Nos cum Ecclesiis Reformatis in articulis fidei, Confessionibus, Catechismis, scriptisque suis explicatis tantum convenire, quantum illi conveniunt qui in re Regiminis ecclesiastici à nobis dissentiunt. Convenimus etiam cum Ecclesiis Reformatis in rebus cultus divini, & cum fratribus nostris, secundum* Di-

rectorium

rectorium cultus (ut vocant) ab Monarchissimus huius regni Ordinibus statutum. Ab Ecclesiis Reformatis, in Regimine ecclesiastico tantum, talemque tantum petimus fraternam tolerantiam (maiore enim nobis non opus est) qualem ergo semetipsis in eo mutuo exercent. Conferimus enim in eo cum ipsis, quantum vel inter semetipsos vel cum ipsis fratres illi conveniunt qui dissensum nostrum a seipsis tam egre ferunt, si quo quo modo ferre habeantur. A regimine Ecclesiastico uti nunc in Scotia viget, longius distamus, quippe quod (ut nobis videtur) non tantum à Scripturis, sed ab Ecclesiarum reformatarum, suorumque Theologorũ sententiis, qui sub Episcoporum tyrannide diu duriterq; passi sunt, plurimum distat.

Hoc tantum restat ut moneamus, nos non sive controversiæ sive argumentorum singulis apicibus hoc libello contentis calculum addere, aut assen-

sum præbere, sed rei summæ.

Faxit Deus qui solus in veritate firmat stabilitque animum, ut hujus pientissimi, doctissimi, vigilantissimique viri laboribus, & cæci illustrentur, & errantes in regiam veritatis viam reducantur, quod ipsum votum est assiduum, ardentissimumque

Lond. dat. Feb. 16. 1647.

Servorum Christi,

tuique amantissimorum,

Tho. Goodwin.

Phil. Nye.

Sidr. Simpson.

In Domini Nortoni Librum, Ad Lectorem Præfatio Apologetica.

GRavis ea quidem calumnia est, & candore spiritus Christiani indigna admodum, Fratres sive è Belgio reduces, sive in novâ Angliâ exulantes, Rerum Anglicarum ruinam præsentiscentes, tanquam Sorices è Domo labante, aufugisse, ut saluti quidem suæ providè prospicerent, communis autem Causæ Reformationis Patrocinium perfidè desererent. Non sic olim vitio vertebatur Eliæ, qui præ metû Iezebelis in desertum aufugisse ferrur, 1. Regum 19. Nec Piis illis confessoribus, qui in Marianâ tempestate, in exteras Regiones se recepêrunt, sive in Germaniam, sive Genevam. Et illi quidem se subduxerunt, cùm per id tempus libera ipsis (si restitissent) restaret copia, amplum satis & inculentum testimonium perhibendi veritati, cùm Disputationibus Publicis, tùm confessi-

 onibus,

onibus, idque non solùm coram frequenti judicum consessu, ut redderentur inexcusabiles: sed etiam coram universo populi circumstipantis cœtu, qui perspecta fratrum invicta fide, & patientia, redderentur ipsi quoque constantes in fide, invicti, inexpugnabiles. Et tamen discesserunt viri illi boni, bonâ fratrum cum venia; venia? imò & gratiâ: neque omninò vel ut delatores fratrum, vel ut proditores causæ, eo nomine male audiebant. At nobiscum nuperis hisce diebus longè iniquius actum fuisse, nemo est tam bardus, qui non intelligat, nemo ingenuus rerum æstimator, qui non agnoscat. Si quispiam nostrum coram Tribunali compareret, protinùs affantur, heus tu, num juramentum, quod ex officio tibi imponimus, capescere lubeat? Si capias, mille nocendi artes, & certa necessitas & semetipsum, & fratres cùm accusandi, tùm prodendi in inextricabiles legulejorum malignantium labyrinthos. Sin juramentum recuses, apagè illicò ad carceres; nulla amplius restat libertas, vel disputandi, vel confitendi, sed tantùm dura necessitas in perpetuo squallidi & umbrosi carceris silentio contabescendi.

Quum

Quum igitur ita se res haberet, ut nobis aut in carcere inutiliter pereundum, aut solum vertendum, Christo duce, soli vertendi consilium inibamus, cùm nos inter nos, tùm vocatis in Consilium Fratribus, Fratres autem illi, quos consuluisse visum erat, non erant illi quidem viri leves (invisa & cassa capita) sed viri Dei, tùm pietate, tùm sancta prudentia spectatissimi. Illi autem pro ea, qua pollebant, sapientia, perpensis omnibus (quæ ad tam arduum negotium spectabant) rerum momentis, judicabant, potuisse nos Testimonium amplius longè & luculentius causæ Christi præbere, partim liberâ prædicatione verbi, partim vivâ praxi Ecclesiasticæ Disciplinæ, in cæteris Regionibus, quàm Londini in arctis tetrisque carceribus, ubi nec librorum, nec calamorum, nec amicorum, nec concionum copia concederetur.

Juvet præterea meminisse, consuluisse nos etiam privatos quamplurimos viros, eosque synceræ pietatis professione conspicuos, qui in Ecclesiis istis degebant, quorum nobis cura impendebat, & qui ipsi maximè pendebant à ministerio nostro. Et horum quidem pars, qui liber-

tati conscientiæ, & puritati cultus impensius studebant, tantopere probârunt consilii nostri de dissessu rationem, ut ultrò sese offerrent Comites Itineris, etiam in ultimas orbis terrarum oras, si Dominus viam aperuerit. Pars autem altera, qui propendebant magis, licèt non approbationi, tamen tolerationi adinventionum humanarum, hi etiam consilium nostrum de dissessu probarunt, utpotè cùm nobis, tùm pacti Ecclesiæ apprimè pernecessarium; tametsi consultius se facturos autumarent, si libertatem pacemque suam, succumbendo oneri, sive subscriptionis (ut loquuntur) sive conformitatis, ipsi redimerent. Sic bonâ cum venia, imò & gratiâ, dissessum est invicem, non sine multis utrinque gemitibus, suspiriis, lachrymis inter amplexandum, & vale dicendum.

In istas autem (bono cum Deo) cùm appulimus oras, & sine cujusquam offensâ læri frueremur (pro summæ Dei opt. max. benignitate) eâ conscientiarum libertate, & institutionum Christi puritate, quam animitus quærebamus, haud ità multò post, ex praxi Ecclesiasticæ politeias, quam hic exercere cæpimus, hoc in-

primis

primis experti sumus, posse Ecclesiasticam politeiam, cum politeiâ civili optimè consistere, & tanquam Hippocratis gemellos, & ridere simul, & simul flere. Atque hoc non leve Testimonium viris prudentibus visum est, posse eam, quam profitemur disciplinam, publicâ authoritate stabiliri, tum sine nota Schismatis in Ecclesiâ, tùm sine periculo seditionis in Republicâ. Atque hinc etiam obstaculum aliud, quod subindè in publicis Regni Anglicani Comitiis, adversus purioris disciplinæ zelotas objici solebat, facilè amovebatur. Oggerebant siquidem viri, civili prudentiâ haud incelebres, fieri non posse, ut zelotæ isti in unam Ecclesiasticæ Politeias formam (nè si optio quidem daretur) communi inter se consensu, unquam conspirare velint. Objectaculum (inquam) hoc, experientia teste, apud nos, nullo negotio amotum est. Concordes etenim (pro eximia Iesu Christi gratiâ) in unam eandemque Ecclesiastici Regiminis formam, sine vi, sine strepitu, sine tumultu, tacito omnium consensu, extemplò coaluimus.

Posteaquam autem Domini Iesu præstitutum tempus advenit, quo misereretur

Zionis

Zionis, in Anglia vestra pariter ac nostra, & supremo ordinum Regni consessui visum est, summos Theologos; eruditione simul ac pietate insignes, ex utroque Regno convocare, ut communi consilio de Religione reformanda disquiretent, & veræ Doctrinæ ὑποτύπωσιν, purum cultus divini exemplar, & sacram ecclesiastici regiminis formam, ex scripturarum fontibus adornarent; Nos etiam haud cunctandum rati, scripta quædam nostra (de fœdore ecclesiastico, de questionibus in Disciplina controversis, de clavibus Regni Cœlorum, de præscriptarum precum ἀνωμαλία) tenuia hæc quidem omnia, & levidensia, sed tamen (pro modulo nostro & pietatis erga patriam, & studii erga veritatem, & debitæ observantiæ erga ecclesias Anglicanas, certa pignora, (ut olim vidua minutula sua) in ærarium Domini Iesu contulimus.

Cùm autem hæc qualiacunque fuerint videremus in controversiam rapi, etiam à fratribus eximia pietate, atque eruditione ornatissimis, non id quidem ægrè aut indignè tulimus. Nam quinam, obsecro, nos sumus, viri incircumcisi labiis, incircumcisi corde, ut summos viros ad

nostrum

noſtrum captum ſapere ſperemus? veruntamen quia veritas, & inſtituta Domini Ieſu ſacroſancta ſunt, neque patitur ipſe vel unum ἄπλουν, aut apicem legis ſuæ, nedum Evangelii Regnique Chriſti leges perire, ecce excitavit Dominus Ieſus (qui & ipſe eſt & lux, & veritas) Presbyteros multos è noſtris (ſtellas eas quidem ſplendidas in Eccleſiarum noſtrarum candelabris) qui veritati laboranti ſuppetias ferrent, & nebulas luci obductas ſtudiosè diſpellerent. Inter hos Agmen ducit Hookerus, qui non ſolum dominatur in concionibus gratiâ ſpiritus ſancti & virtute plenos, ſed etiam (prout eſt vir ſolertis ingenii, atque acerrimi judicii) caſtam Eccleſiaſticæ diſciplinæ diſputavit acutiſſimè, & pertractavit (quantum ego quidem judico) accuratiſsimè. Davenportus, pro eo, quo pollet, judicio, eruditione, & ſingulari prudentia, defenſionem non ſui tantùm, ſed diſciplinæ Chriſti adverſus dominium Papicum inſtituit, juſtam, ſolidam, eruditam. Quinetiam, pro egregia ea, qua in grege Chriſti currendo pollet vigilantia, ut errantem gregis ſui oviculam, quæ in ſtudio Anabaptiſtarum puteis ſubmerſa fuerat,

fuerat, sublevaret, vivificam Christi sanguinis, spiritusque virtutem, ex perenni gratuiti fœderis fonte scaturientem & in pedobaptismi fluentis largiter decurrentem, graphicè delineavit.

Maderus ut ætate, ita judicio, & industria proximus, vir morum gravitate, & vitæ integritate conspicuus, potens in sermone Evangelii, & strenuus veritatis assertor, præter ea quæ superioribus annis edidit, firma & inconcussa potestatis ecclesiasticæ propugnacula, operam hoc anno tempestivam impendit, ut maculas & sordes, quas in faciem ecclesiarum nostrarum frater bonus ille quidem, sed malè feriatus asperfit, abstergeret. Quin & illud insuper (auctorii loco) adjecit viam ecclesiarum nostrarum, quam à viris magnis (eximia eruditione, & pietate clarissimis) exagitari, interturbari cernebat, disjectis aggeribus, atque impedimentis amotis, divina spiritus sancti ope, solidâ, & solitâ dexteritate complanavit. Sepharedus (qui vernaculo Idiomate Shepardus) una cum Allinio fratre (fratrum dulce par) uti eximia pietate florent ambo, & eruditione non mediocri, atque etiam mysteriorum pietatis

prædi-

predicatione (per Christi gratiam) efficaci admodum, ita egregiam navarunt operam in abstrusissimis disciplinæ nodis fæliciter enodandis: & dum responsum parant, atque nunc etiam edunt Domino Baleo, non illi quidem satisfactum eunt (qui satis jam apertè videt in beatifica Agni visione, introitus omnes atque exitus, formas & leges cœlestis Hierusalem) sed iis omnibus, qui per universam Britanniam in ecclesiis Christi peregrinantur, & rei disciplinariæ studiosius animum appulerunt. Verba horum fratrum uti suaviter spirant pietatem, veritatem, charitatem Christi: ita speramus fore (per Christi gratiam) ut multi qui a disciplina Christi alieniores erant, odore horum unguentorum Christi effusorum delibati atque delincti, ad amorem ejus & pellecti, & pertracti, eam avidius arripiant, atque amplexentur.

Proximus ab his (sed cum primis annumerandus) Norronus hic est, quem in manibus habemus, vir & ingenii acumine, Iudicii gravitate, morum suavitate insignis & (quod caput est) gratiæ Christi cum solertissimus indagator, tum buccinator fidelissimus. Is fratrum rogatu

rogatu (quemadmodum & reliqui) pensum hoc suum & suscepit (non sine modesta sui Abnegatione) & confecit non sine divina gratiæ affluentia. Placuit clarissimo viro, Domino Apollonio, questiones quamplurimas de Ecclesiastica disciplina, sicut ex nonnullorum heterogeneorum libris, sic inter alios Orthodoxos, ex sanctissimi Baynesii examine, ex placidissima plenissimaque Septemvirum Apologia, atque etiam ex nostrorum Nova Anglorum scriptiunculis, quasi in fasciculum colligere, & percontari insuper à fratribus illis, num conclusiones istas, tanquam suas agnoscerent. Candidè hoc quidem ac pie, atque adeò prudenter factum, ne dum ipsorum dogmata convellere in animo haberet, quicquam ipsis per imprudentiam affingeret, quod ipsi non ut suum agnoscerent. Hac perquisitione charissimi Fratris, nos quoque moniti atque expergefacti, facilè persensimus, Causam non solùm Septemvirorum Fratrum, sed & nostrum agi, nec nostrum solum, sed (quod multò maximum est) Domini nostri (pariter ac vestri) Iesu Christi. Visum est atque nobis, id muneris

tis Domino Nortono seriò commendare, ut non graxaretur sententiam nostram (simul ac Christi) super questionibus istis explicare, nè quid non nostrum, ut nostrum, nobis quoque (in præjudicium Causæ Christi) affingeretur. Præstitit (σὺν Θεῷ,) quod petiimus, in hac quam in manibus habes Diatribe: ubi dextrè, dilucidè, distinctè, succinctè, nervosè denique pertractavit capita singula, & ad mentem nostram, si non omnia, saltem pleraque accommodatissimè. Ingenue fateor (neque enim diffiteri debeo) nec meipsum, nec Fratres etiam (quos dixi) alios, idem plane omnes per omnia sentire, de præscriptarum prorum omnimoda ἀνωμαλία, de statis Ministrorum stipendiis, de Apicibus quarundam Notionum circa primum subjectum ecclesiasticæ potestatis, & discrimen fœderis gratiæ & ecclesiæ, & siqua sunt hujusmodi. Sed cum de rebus ipsis, rerumque praxi inter omnes satis constet, profectò a Deo edocti sumus, non solum placide ferre aliud de istis rerum apicibus sentientes, sed etiam tredullitus amplexari Fratres in Christo dilectissimos, qui opus Domini operantur, sicut & nos.

Quòd

Quod autem latino Idiomate scripsit, consulto id quidem factum est, ut & Domino Apollonio sine Interprete innotesceret, & controversa capita transmarinis Ecclesiis in examen venirent; verba Authoris non tam diserta sunt, quam fortia, ut qui controversias scriberit, non declamationes, Paulus ipse non affectavit sapientiam sermonis, sed sermonem sapientiæ. Nemo despiciat sermones utcunque incultos Fratrum exulum, abjectorum, longe terrâ maritâque dissitorum, etiam ex Eremo vociferantium, dummodo constiterit vere dici posse de hisce fratribus (quod Iosaphatus olim de Elisha dixerat in Eremo Idumeo peregrinanti) verbum Domini cum ipsis esse. Narrat Iohannes (dilectus ille a Christo Discipulus) semetipsum in Eremum asportatum fuisse, ut clarius perspiceret, non modò magnæ meretricis Iudicium, sed etiam castissimæ Christi sponsæ, novæ Hierusalem, de cœlo descensum, Apoc. 17. 1, 3. & cap. 21. 2.

Quod si quispiam hic oggerat, fratres hosce omnes, omnium pessimè de Ecclesiis Christi meréri, ut qui præcipuè (unà cùm fratribus Apologeticis) Reformationem

tionem institutam retardare, & pro virili interturbare molliuntur: quippe, si per ipsos non stetisset, Presbyteri reliqui omnes omninò per universam Angliam, in unam Regiminis Presbyterialis Formam conspirassent: Adeò ut fratres hij, quos excusare cupis a crimine Desertionis causæ Reformationis, reverà non modò desertores, sed & proditores, & publicæ pacis hostes jure merito malè audient, malè plectentur.

Hem Spiritum partium studio plùs nimio abreptum, & occæcatum! piget & pungit, dolet & angit meminisse, binas istas Regiminis Ecclesiastici Formas, tantâ animorum contentione, tantâ calamorum amarulentiâ peragi, & promoveri: acsi de summa rei Christianæ, adversus insensissimos Christiani nominis hostes certamen cerneretur. Siccinè in Dominum Jesum ingratos nos esse deceat, ut confracto (per divitem ipsius Gratiam) jugo Hierarchico, & amoto Philisteo adinventionum humanarum plaustro, cum par erat, omnes canticum Agni & Mosis, lætis & gratis animis vocibusque cantare, nos intereà in mutuas discordias, & vasta animorum, &

calamorum divortia (quasi dis-diapason) discinderemur? Tantænè animis cælestibus iræ? Nunquid æquum erat, duplam spiritus Episcopalis portionem super capita fratrum com-Presbyterorum residêre? Dispicite (per viscera Domini Iesù, dispicite, obsecro, & obtestor) quid illud est, de quo tantoperè digladiamini? regimen Ecclesiasticum non dominium est, sed Ministerium. Digladientur Reges Terræ de Dominijs suis, & de jurisdictionum suarum finibus, & latifundijs; at inter Ministros Domini Iesu, maximus is est, qui minimus esse studet, & servus omnium.

Deindè, dispicite rursus, quodnam illud sit τὸ μέγα χάσμα, quod mutuum utrinque divortium, tanquam murum intergerinum interposuit? vos regimen omne Ecclesiasticum penes Presbyteros stabiliendum contenditis: certè neque nos regimen proprie dictum (saltem quo ad ordinarium ejus exercitium) alibi quàm penès Presbyteros, stabiliendum cupimus. In eo itaque convenimus ambo in subjecto regiminis Ecclesiastici. Convenimus etiam in regulâ regiminis, ut administrentur omnia, non

juxta

juxta canones, sive papales, sive hierarchicos, sed juxta canonem sacrarum scripturarum. Convenimus etiam in fine regiminis, ut omnia transigantur ad ædificationem Ecclesiæ, non ad pompam, aut luxum secularem. Synodos nos unà vobiscum cum opus fuerit, & suscipimus, & veneramur. Quantillum est, quod restat, quod distat? actus regiminis, quos vos a synodis peragi velletis, eos a synodis porrigi Ecclesiis, & ab Ecclesiis ex synodali ἀναβάσει peragi peteremus. Petimus & illud etiam (& quidem juxta mentem Christi, prout credimus) ut regimen omne Ecclesiasticum administretur à Presbyteris cujusque Ecclesiæ in Ecclesiæ facie, nec inicià, nec invità Ecclesiâ. Vos aliud quiddam vendicatis: sed videte & perpendite etiam atque etiam, annon satis cautum fuerit, nè quid Ecclesia detrimenti capiat, si omnia à Presbyteris Ecclesiæ, Ecclesiâ consciâ, & consentiente peragantur, modo nihil arduum, aut quod superet Ecclesiæ vires, nisi ex consilio vicinorum Compresbyterorum transigatur? Mensam Domini Iesù autem dicere, æque vos ac nos à prophanis ac immundis manibus tractari pollutique;

ægrè jejunos. Piè renunciatum est in publico divini cultus directorio, Ignarum quempiam, aut scandalo aliquo inquinatum, indignum prorsus esse, qui ad mensa m Domini appropinquet. Ac nisi potestas detur Ecclesiæ cujusque Presbyterij, de Ignaris, & immundis hujsce judicium facere, cavere certè non potest, quin non modò cæci & claudi (quos non recipit anla Davidis) sed canes etiam & porci (quos odit anima Christi) ad mensam Domini ingerant sese, qui nec corpus Domini discernunt, nisi ut per illud dejerent, nec sanguinem Domini ebibunt, nisi ut exindè animosius ad sanguinem sanctorum effundendum (tanquam invisorum, rotundorum, ac rotantium capitum) prosilirent. Hujusmodi ad mensam Domini convivas, nullus dubito, vobis pariter ac nobis, æque ingratos esse & permoleste. Cum itaque in hijsce rebus omnibus (quæ quidem maximi momenti sunt) pulchrè convenimus, quid, obsecro, impedit, quo minus non causæ communis aut Proditores, aut desertores, sed communis vobiscum causæ & defensores atque astipulatores (pro modulo nostro) adversus commu-

nis

nis fidei atque Ecclesiæ hostes habeamur? Certo certius est, si ex mutuis nostris dissensionibus, aditus per politicum pateat sive pontificis, sive hierarchicis, ut rerum denuò potiantur, actum in funditùs (humanitùs loquor) de utriusque nostrum, sive Presbyteriis, sive Ecclesiis propensiores fuerimus. Tros Tyriusve illis nullo discrimine agetur. Sive Presbyteriales claritis, sive Ecclesiastici, istis rerum Dominis, ambo vos certè Putitani estis, & prout ὦ, Græcis, & itan Wallis ignem significat, sic toti toti (quanti, quanti estis) tabiquam igni Reipublicæ atque Ecclesiæ incendiarij, extinguemini. Non tam multi abhinc anni retrò fluxerunt, quin recenti patrum memoriâ recordari liceat, Ridejum pariter ac Hooperum, quanquam in causâ disciplinæ, alter ab altero plus minio disjungeretur, tamen utrosque vivi conburio, à Pontificiis rerum potiuntibus, extinctos esse. Verbum sapienti.

Verùm enimverò, si fratres animum inducere non possunt, quin nos ut communis caulæ desertores deserant: liceat mihi quæso (quod Judas olim a fratre Iosepho petiit) & petere à vobis &

impetrare, ut loquar verbum in auribus vestris, neque ira vestra accendatur. Causa hæc quam à nobis deseri quiritamini, quatenus à nobis deseritur, non ea quidem vobis communis est, cum pijssimis illis, ac sanctissimis Christi confessoribus, qui nostrâ & patrum memoriâ causam reformationis tuebantur? Vestra non ea causa est, quam heroes illi, amissione libertatis, confiscatione bonorum, incarceratione, exilio, sanguine denique, consignarunt? Quantam potestatem venerabilis Cartoretus Ecclesiæ cuique deferat, nemo nescit qui ejus commentarium (in 1 Cor. 5.) perlegerit. Quodnam primum subjectum Ecclesiasticæ potestatis Paræus statuat, testatur tertium ejus volumen, acerrimo cum judicio, & summa eruditione continuatum. Quænam ea Ecclesia sit, quam sanctissimus Bainesius agnoscat, cui Christus Ecclesiasticam omnem potestatem detulerit, patet ex examine. Quid gravissimus Amesius nervorū & medullæ Theologiæ tatur, super Ecclesiæ institutæ statū, forma, & potestate senserit, patet ex medulla. Atque hij quidem currus atque equites Israelis, illarum cohortum primipili

mipili erant, qui causam Reformationis tuebantur, & nostrâ, & patrum ætate. Ab horum sive vestigiis, sive præcipijs, si novitatis studio cessimus, jure merito deseremur ut desertores. Quod si in via illorum ambulamus, nec ulla progredimur (quod ad summam rei attinet) quam ab illorum lumine divinitus collustrati, certè non nos illi sumus qui causam Reformationis deseruimus, sed illi potiùs (quos lubens nollem dicere) qui nos ut desertores deserunt, & detestantur. Desinant itaque viri fratres, viros hosce Dei, qui Scripti seditij, causam cum patribus communem tueri satagunt, sugillare, ac vellicare, tanquam malè de Ecclesiâ meritos, causæ desertores, pacis publicæ perturbatores. Cæterum præter hos omnes, supersunt duo fratres reliqui, Coverus, & Eliotus; quorum hic justam contexuit historiam eorum qui apud nos, sub prætextu conscientiæ, à civili Magistratu, graviora (quàm par esset) passi perhibentur; vir hic uti gnavus est, & impiger, fidelis in Domo Dei servus, priscis moribus, antiquâ fide; ita fidelem operam navavit in investigandâ rerum istarum veritate, quas etiam fide

Historicâ in Tabellas retulit, & typis mandavit, ut intelligant æqui rerum æstimatores, ea quæ passim feruntur de persecutionibus in Novâ Angliâ conscientiæ nomine perpessis (ut dicam verbo, & verbo quidem Apostolorum) nihil esse.

Acts 22. 2.

Alter autem ille è Fratribus (quem dixi) Coverus, cùm persentisceret aliquot ex Ovibus Christi sibi commissis Antipædobaptismi laqueis atque dumetis irretitas, zelo Dei accensus (& zelo quidem secundùm scientiam) imò & misericordia etiam Christi commotus erga errantes oviculas, libros quos potuit ex Anabaptistarum penû congessit; Rationum momenta (qualia fuerant) in lance Sanctuarii, trutinavit; Testimoniorum Plaustra (quæ ab illis congesta fuerant) sedulò perquisivit, & pro eo quo floret disputandi acumine, dijudicandi solertia, solida multa paucis complectendi dexteritate atque indefesso labore, nihil pene intentatum reliquit, quod vel ad veritatem in hac causa illustrandam, vel ad errorum nebulas discutiendas atque dispellendas conduceret.

Sed vellicat hic mihi aurem quispiam (præ-

(præsertim ex iis quibuscum necessitudo mihi aliqua intercedit) & serio percontatur; Cum tot tantosque labores à compresbyteris tuis susceptos narras qui prodierunt (ut Deborah loquitur) ad auxiliandum Iehovæ, ad auxiliandum Iehovæ (ut Iunius vertit) inter fortes, quid tibi interea faciendum restabat? numquid tu solus restibabas inter sarcinas, vel inter sibilos & balatus gregum? Tunè cum Reubene a fratrum consortio præ magnis animi cogitationibus divulsus es?

Equidem non diffiteor, me etiam aliquid molitum esse, & (pro gratiæ acceptæ modulo) perfecisse etiam aliquatenus, atque emisisse. Sed quicquid illud fuerit, haud dignum reor, quod inter exquisitos Fratrum labores, vel nominâri quidem debeat. Scripserunt illi τοῖς χαριεῖσι, ego (prout necesse habui) τοῖς πολλοῖς. Gratiosus est Dominus, qui acceptare dignatur ad ædificationem Sanctuarii sui, non modò purpuram & byssum, sed etiam pelles arietum, & melium, imò & pilos Caprarum. *Exod.* 35. 23.

Pergat Dominus (pro gratuitâ suâ & divite gratiâ) laboribus servorum suorum

rum omnium, sibi in obsequium, Ecclesiæ in ædificationem benedicere, Zioonis sui misereri, lites inter suos dirimere, veritatem & pacem promovere, fines Regni Christi atque pomeria dilatare, Antichristum spiritû oris conficere, viam denique sternere, ut Shem in Textoria Japheti quasi postliminio revertatur, per Dominum nostrum Iesum Christum in secula sempiterna benedictum. *Amen.*

JOHANNES COTTON *in Ecclesia Bostoniensi Presbyter docens.*

Reverendis

Reverendis, Doctiss. piisque viris, fratribus in Christo dilectis,

Tho. Goodwin, Phil. Nye, Guliel. Bridge, Jer. Burrowes, Sydrach Simpson

Ecclesiarum Christi pastoribus, membris reverendi consessus Theologici D.D.

Londini.

Reverendi, docti, pii, spectatissimi viri, fratres in Christo dilecti.

MAgno animi dolore viderunt fratres Zelandi scripta quædam (si verbo venia) Eristica inter

vos

vos de Gubernationis, & regiminis Ecclesiastici disciplinâ, quibus multa ab utraque parte disputantur, & non exigua controversiarum materia exercitatis ingeniis exhibetur; placuit igitur fratribus Zelandis hanc provinciam mihi injungere ut ex scriptis præcipuè fratrum exulum in Nova Anglia & aliorum qui causæ vestræ sunt addicti, colligerem Syllogen questionum quæ inter vos agitantur, iisque apponerem judicium nostrarum ecclesiarum cum fundamentis, & rationibus quibus nititur, ut deinde scriptum nostrum post accuratum examen classium judicio & sententiâ moderatum, concessus vestri Theologici judiciis exhibeant, & submittant: ut præcedentibus literis Zelandorum venerandæ vestræ Synodo est significatum. Perscrutatus igitur hæc scripta sequentia, hisce titulis insignita, Church Government,

ment, and Church-Covenant diſcuſſed in an Anſwer of the Elders of the ſeverall Churches in New-England, &c. Guide to Sion, Sions Prerogative Royall, Presbyteriall Government examined, Juſtification of the Independent Churches by *Nathaniel Chidley*, The Doctrine of the Church, by *Iohn Cotton*, Dioceſans Tryall, by *Paul Baynes*; Apologeticall Narration; Coole conference, &c. *Vt & ſcripta quædam adverſaria, ex quibus quæſtiones controverſas collegi in chartâ hiſce literis incluſâ deſcriptas, haſce quæſtiones ad vos (Reverendi viri) tranſmitto, de iiſdem ſententias veſtras quærens, & ob mutuam noſtram fidem, & charitatem Chriſti ſeriò vos oro ut non detractetis ſyncerè, dilucidè, & accuratè abſque rhetorici apparatus verticulis de-*

cla-

clarare quid vos & fratres illi, quibuscum societatem vestram ecclesiasticam colitis, de hisce sentiant, quid rejiciant, quo sensu hæc quæsita admittant, quo sensu fastidiant, quoniam meæ fidei ab Ecclesiis Christi id commissum est, invitus aliquid vobis affingerem quod de sententiâ vestrâ non est.

Deum timeo, & omnes pios syncerè amo; vos omnes quamvis nævis quibusdam inquinatos, fratres duco; id igitur vobis concedo, quod ab aliis mihi concedi vellem, ut non feram judicium aliquod de vestrâ sententiâ vobis refragantibus; spero vos ex timore Dei & charitate erga nos fratres vestros, absque ullo prætextu sententias vestras hac de re declaraturos, idque quam primum fieri potest: urgent enim Ecclesiæ nostræ ut opus hoc maturarem, proinde

inde si nullum a vobis responsum mihi contingat, ignoscite, quæso, si ex scriptis superius citatis, de sententiâ vestrâ judicium feram: quoniam aliter vos de quæstionibus hisce disquirentes exaudire non datur. Quicquid hic agô, privato nomine ago, sincera charitate in vos commotus; spero tamen Ecclesias Zelandicas non ægrè laturas charitatis hoc officium quod in vos contuli; faxit Deus ut eo animi affectu illud suscipiatis, quo in vos confertur, & ut probetis, & agnoscatis animum meum vobis addictum, dona Dei in vos collata suspicientem. Deus pater luminum mentes vestras Spiritus Sancti radiis, & sincera verbi sui cognitione illustret, corda vestra fraternæ charitatis vinculis cum Ecclesia sua uniat, animos vestros ad ecclesiarum pacem flectat, et ita

vobis

vobis gratiam, & amorem apud omnes tribuat.

Reverentiis vestris addictus frater & ser-

Dat. Middelburgi Zelandorum 31. die Maii, 1644.

vus Iesu Christi,

Gulielmus Apollonius,

Pastor Ecclesiæ Middleburgensis.

Reverendissimo

Reverendiſsimo, clariſſimo, doctiſſimo, pientiſſimoque viro, Domino Guilielmo Apollonio, Paſtori Eccleſiæ *Middleburgenſis*, Salutem.

ORnatiſſime vir, & in Chriſto Jeſu ex animo plurimùm obſervande Frater. Anno ſuperiori, quando nec temporis anguſtiæ, propter accelerantem Navigii deceſſum neque negotiorum moles, ſolito longè major, reſponſum exarare paterentur, accepimus literas tuas, unà cum queſtionum Sylloge; datas ad quinque Theologos eximios, membra

reverendiſſimæ Synodi Londinenſis: nobis quidem fratres fraterrimos, & ſempiternis vinculis conjunctiſſimos. Ubi (partibus ſuis ſibimet, ζωὴ χριστῷ derelictis) cum etiam noſtra eouſque deducta animadverterimus; ut jam, non loquentem ἀπολογοῦντα lector expectaret, ſed tacentem ἀπαπολόγητον res ipſa eloqueretur: Placuit Presbyteris obſervandis hanc provinciam reſponſoriam mihi imponere; impoſitæ cum deeſſe nec potui, nec debui, ad penſum ſuſceptum appuli; ut exinde (ſubtilitatibus minutioribus cauſam minus attingentibus ſeclusis, de quibus quod ad alios attinet, nihil dictum velim) ſententia noſtra per ſingula quæſita, cum patribus & fratribus reverendis, tum cuilibet lectori benevolo, ſimpliciter, luculenter, & indubitanter innoteſceret.

Συμπάθειαν veſtram, tanquam in fratres exules, experiri, pergratum erat. Neh. 2, 2. Aſſimilamus eam viſitationi Ionathanicæ, in deſerto, eique danda qui conſolatur depreſſos. Vos vero uſque ad Gen. 12. 1. afflictionem animi de nobis ſollicitos intueri, de viris, quales nos eſſe debemus,

mus (qui é terrâ nostrâ, è cognatione nostrâ, è domibus patrum nostrorum, cultus purioris ergo, egressi sumus) idque tali tempore, tanquam fœda ἑτεροδιδασκαλίᾳ, in causâ Ecclesiastici regiminis, inquinatis, næ, permolestum erat; sed in præsenti controversiâ, an tribus trans jordanem, tam gravis suspicionis reæ sint, Deus, dies, causaque dicta dabunt. Hez. 4. 17.

Illud cordi; hoc cordolium; & ut quod res est dicamus subinde factum ut Epistolium, verè γλυκύπικρον, cum primis labiis, tum secundis cogitationibus, & degustaverimus, atque adhuc degustemus; cum autem in illo φιλαδελφίαν, in hoc φιλαλήθειαν suspiciamus, in utrisque εὐσέβειαν, exosculantes, tecum & epistolariter & scholasticè colloqui in lucro ducimus; magis discere, quàm docere parati.

Progressus Mysterii Iniquitatis, inde à primo ortu, circiter annum Christi quinquagesimum secundum, de quo *Paulus* usque ad plenam staturam homins peccati, nimirum Episcopatum œcumenicum, circiter annum quintum supra sexcentesimum, ex Reformato-

rum scriptis non ineptè digeruntur, in tres æras insigniores.

Periodus prima datur temporibus primariæ deviationis, & Episcopi præsidis seu humani, usque ad tempora Episcopi principis seu diocesani.

Secunda, temporibus Episcopi principis, sive diocesani, sive provincialis, sed nondum universalis usque ad exortum œcumenici: ejus principium licèt incognitum fateatur *Chamierus*, non tamen obtinuit inquit *Didoclavius* regimen unius; cum potestate directiva, & correctiva, in alios Sympresbyteros in omnibus Ecclesiis, primos 300 annos.

Chamier. de œcum. Pont. l. 10. c. 6. Altare Damasc. 4

Tertia, danda est temporibus Episcopi œcumenici, nempe Papæ.

Ad modum geneseos Mysterii Iniquitatis, ex parte Satanæ, intuenda & expectanda ejus Analysis; ex parte Christi, qui juxta legem Analyseos, incipientis ubi definit Genesis. Primò detexit & dejecit Episcopum œcumenicum, idque in plurimis regnis, ab ipso *Bellarmino* (quamvis non plenè) enumeratis.

Bellar. l. 3. de Rom. Pont. c. 21.

Secundò detexit, & jam tandem etiam

tiam in *Anglia* dejecit Episcopos principes, nempe dioceſanos. Proximæ vices inſerviunt detegere & dejicere, unà cum cæteris corruptelis, quod reliquum eſt Myſterii iniquitatis, à temporibus Paulinis uſque ad tempora Episcopi principis, invaleſcentis. Quâ periodo vel regimen non corruptum, vel Episcopum præſidem ſolummodo corruptum, dicenti, cùm ſcriptura, tum hiſtoria, tum etiam myſtica ratio corruptæ politiæ, admodum refragantur.

Prima igitur æra (Episcopis principibus & œcumenicis nondum exortis) quandoquidem ſcripturâ, hiſtoriâ, ratione Myſterii Iniquitatis, judicibus, corruptelæ Eccleſiaſticæ rea comperta ſit. Quibuſnam hæc defectio vitio danda, plebi, an Presbyterio, pars eſt non negligenda, præſentis *Inquiſitionis*.

Quicquid ſit, nobis in hac diſſertatione ſine affectibus Scripturæ unicæ ſtandum; cui vel non ſatis auſcultando vel fruſtra renitendo, jam toties causâ cecidimus.

Sanctè cavendum ne ſuſcipiamus patrocinium cauſæ, magis quia noſtra quàm quia vera. Poſſe noſtrum eſt,

nihil

nihil posse contra veritatem. Scriptura, non praxis Reformatorum, est regula reformandi; uti vivitur, ita & reformatur, non exemplis sed regulis. Detur venia verbo; quid si nec magnus *Calvinus* viderit omnia? Exempla insignium Reformatorum sunt incitamenta non regula παλιγγενεσιῶν. Non penitus eliminata essent excelsa, si reformatio *Ezechiæ*, exemplis *Asæ* & *Jehosaphati*, limitata fuisset. Qui Reformationem mensurant exemplo Reformatorum, ex bono exemplo efficiunt regulam non bonam.

Inter exactissima & gravissima dubia rei Christianæ, jam à multis retro seculis agitata, meritò habetur controversia de potestate Clavium; nec mirum, cùm in cultu illicito lateat Mysterium Iniquitatis; & è converso, in cultu integro pateat Mysterium Pietatis. Inter ardua Theologorum non immeritò numerandæ sunt piæ & purę disputationes; novimus pientissimos Martyres qui fuere minus patientes disputatores. Hinc παλιγγενεσιῶν celebriorum Protestantium quas tot exitus
Rev 11. 8. ex Ægypto πνευματικῶς ita dictâ, appo-
site

sitè satis appellare poteris, divisionem quasi comitem individuam (proh dolor) ubique legimus; quarum primam secuta est divisio in *Lutheranos* & *Calvinistas*. Secundam comitata est divisio Calvinistarum in Hierarchichos & Reformatos. Tertiæ jam subnascenti minitatur divisio Reformatorum, in Presbyterianos & Congregationales sive Independentes, quos vocant. Nomina nobis ingrata an tremenda magis? Deus novit. *Tandem verò (tertiò) quum dimitteret fratres suos ut abirent ex Ægypto, edixit eis, ne commoveamini in hoc itinere.* Gen. 45. 24

Hisce moniti, & infirmitatis nostræ probè conscii, pro gratiâ datâ disputamus, non litigamus; oppugnus & diligimus, reponimus & reveremur. Propositio illa, amicus *Petrus*, amicus *Barnabas*, sed magis amica Veritas, sapit spiritum *Pauli*; atqui sancta conspiratio *Petri*, *Barnabæ*, & *Pauli*, cum Veritate, sapit spiritum Evangelii. Pontificii & Hierarchici contendunt pro potestate Clavium, ut latrones pro tunicâ; disputent Reformati de potestate Clavium tanquam fratres pro veritate.

veritate. Discordia fratrum circa politiam Evangelii, detinet Christum de Solio, mulierem in deserto: retinet meretricem in Throno. Concordia in hoc apice, non est minima pars novi Cæli; vel saltem, est aliquod in terris Cælum. Esto, periclitatur inpræsentiarum res Christiana, ex horrendâ dissensionum, factionum, et sectarum colluvie: adeò ut ea calamitas videri possit, omnem aliam calamitatem superasse, uti olim Constantinus.

Verum enimverò, quid nobis cum Papistis, Arminianis, Socinianis, Donatistis, Anabaptistis, Schismaticis, Morellio? absit ut fratres pientissimi, doctissimi, reverendissimi, ipsos illos et consimiles lapides, in nos reformationem adhuc puriorem meditantes, projicerent, quibus proto-reformatores in Disciplinâ Genevensi promovendâ ab adversariis tantùm non obruebantur.

Cartwrig. ep. ad Eccl Anglic.

Imo aliâ viâ aggrediendum est, nimirum ut Christum sanctificemus in cordibus qui magis invigilat veritati periclitanti succurrere, quam inimicus (solito hoc in religionis

strata-

stratagemate) eam laborantem obruere.

Statim à temporibus Apostolicis, supra octoginta hæreses exortum Evangelii offuscarunt. Imperatoribus recentèr factis Christianis, flumen Schismatum et Dogmatum portentosorum, ex ore Draconis ejicitur, ut submergeret muliærem, quin et reformationem sæculi superioris, plurimæ et inauditæ sectæ pariter infestârunt; Sed frustra; quippe quod nunquam non viguit illud majorum nostrorum πολυθρύλλητον,

Vivit adhuc Christus, manet insuperabile Verum.

Etiam, & contra hanc machinam, succurret ἀπὸ μεχανῆς, qui veritatem suam in hoc immani ἑτεροδιδασκαλίας κατακλυσμῷ fluctuantem extricabit, vindicabit, liberabit, propagabit. Deus enim indidit cordibus Regum, ut facerent quod placitum est ei. Porro secundum ejus promissum, Romæ ruinam, Gentium plenitudinis introitum, Judæorum vocationem, vel reclamantibus inferorum portis καιροῖς ἰδίοις, potenti

Rev. 17. 17

tenti suâ dextrâ præstanda, expectamus. Nec interea magis dolemus fratrum infirmitatem (Satana instigante) sanctæ concordiæ pro tempore præfinito obesse; quàm eorum pietatem Christo cooperante, orthodoxam ἐνότητα in doctrinâ Ecclesiasticæ politiæ, tempore accepto amplexandam, certò confidimus. In hâc fide saccis (pro modulo & tempore constituto) prophetantes, acquiescimus.

Optime valeas, eximie vir, & nostræ fratres exules, ejusdem veritatis eodem spiritu co-indagatores, redamare & precibus adjuvare pergito.

Dabam *Ipsuici*
in *Nova Anglia*
Decembris 22.
1645.

Totus in Christo
Iesu tuus,

Iohannes Nortonus.

Responsio ad totam Quæstionum Syllogen à clarissimo viro Domino GUILIELMO APOLLONIO, Ecclesiæ *Middleburgensis* Pastore, propositam.

Cap. I.

De qualificatione membrorum Ecclesiæ.

Quæst.

AN nullus in externæ Ecclesiæ „ communionem sit admittendus, „ nisi qui reali internâ sanctitate „ regenerationis, & justificante „ fide in Christum sit præditus, „ seu qui rigido examine exploratus, signa „ veræ fidei & sanctitatis internæ realis tam „ evidentia dederit, quæ omnem conscientiam hominum convincere possint, de sincera eius fide, resipiscentia, et communione „ in Christo: Et si Ecclesia Dei aliquos admittat,

„ mittat, in quibus hæc signa non probantur
„ evidenter, illam scortum aliquod impurum
„ in sinum Christi immittere, et falsa Ecclesiæ
„ membra admittere: quamvis is qui admit-
„ titur in externam Ecclesiæ communionem
„ externâ et fæderali sanctitate à mundo sit
„ segregatus, scientiâ Dei et verâ religione,
„ professione nominis Christi, et in externâ
„ conversatione puritatis donis absque scan-
„ dalo sit ornatus?

„ An in examine eorum qui in Ecclesiam
„ externam admittuntur necessariò hæc omnia
„ sunt quærenda. An in religionis dogma-
„ tis pura sit illorum scientia, fides et pro-
„ fessio?

„ An articulatim possint demonstrare evi-
„ dentia veræ gratiæ salutaris τεκμήρια, opus
„ fidei et veræ resipiscentiæ â Deo in sese in-
„ cæptum, sinceram in omnibus operibus suis
„ pietatem, spiritum humilem, et modestum,
„ ut sincerâ concordiâ unoque affectu in
„ Ecclesiæ societate cum aliis sentire et co-
„ hærere possint?

„ An sufficienter ex verbo Dei sint edocti
„ de fædere Ecclesiastico quod ineunt, et quid
„ iis secundùm illud sit agendum, et an hoc
„ examen sit necessariò instituendum coram
„ totâ Ecclesiæ multitudine, in quo et om-
„ nibus Ecclesiæ membris competat inquiren-
„ di, perscrutandi, interrogandi quicquid de
„ prædictis articulis ab examinando seu ad-
„ mittendo exquirere velint?

Responsio.

Potest aliquis in externæ Ecclesiæ com-
munionem

munionem admitti, qui reali internâ sanctitate regenerationis, & justificante fide in Christum non est præditus, seu qui rigidâ examine exploratus, signa veræ fidei, & sanctitatis internæ realis tam evidentia non dederit, quæ omnem conscientiam hominum convincere possint de sincerâ ejus fide & resipiscentiâ & communione in Christo. Nec Ecclesiâ Dei aliquos admittendo, in quibus hæc signa non probantur evidenter, scortum aliquod impurum in sinum Christi immittit, & falsa Ecclesiæ membra admittit, si is qui admittitur in externam Ecclesiæ communionem, externâ & fœderali sanctitate (qualis sanctitas judicio nostro propriè fundatur & formaliter inest in ipso fœdere ecclesiastico) à mundo sit segregatus, scientiâ Dei & veræ religione, professione nominis Christi, & in externâ conversatione puritatis donis absque scandalo sit ornatus.

In examine eorum qui in Ecclesiam externam admittuntur, non necessariò quærendum An in religionis dogmatis pura (h. e. non modo salutaris et Ecclesiastica, sed & ab omni impuritate immunis) sit illorum scientia, fides & professio.

Neque necessariò quærendum, an articulatim possint demonstrare evidentiæ veræ gratiæ salutaris τεκμήρια, opus fidei & veræ resipiscentiæ, à Deo in sese inceptum, sinceram in omnibus operibus suis pietatem, spiritum humilem, & modestum, ut sincerâ concordiâ, unoque affectu in Ecclesiæ societate cum aliis sentire & cohærere possint.

Quærere, an admittendi sint sufficienter ex verbo Dei edocti de fœdere Ecclesiastico, quod ineunt: & quid eis secundùm illud sit agendum, non est necessarium ad esse, sed ad bene esse admissionis.

Necessarium etiam est non ad esse, sed ad melius esse admissionis, ut examen, h. e. Ecclesiastica & justa exploratio admittendi institutum coram totius Ecclesiæ multitudine, in quo tamen neq; omnibus neq; ullis Ecclesiæ membris competit inquirendi, perscrutandi, interrogandi quicquid de prædictis Articulis ab examinando, seu admittendo exquirere velint.

Quoniam autem ex dictis magis apparet, quid non sentimus, quàm quid sentimus: ut quærenti sententiam nostram in hac gravissimâ quæstione satisfaciat, eam duabus sequentibus propositionibus, & quatuor quæstionibus explicabimus.

Propositio 1.

Competentes non sunt admittendi in Ecclesiam quia competunt sine ulteriori satisfactione.

Matth. 3. 6. Baptista non admisit omnes competentes ad baptismum. Pharisæos baptismum petentes, ad baptismum indignos non admisit inquit Pareus, ita Iohannem loquentem introducens: Cavete ut pœnitentiam agatis, & ita baptismum novæ Ecclesiæ suscipietis. Baptismum petierint inquit Aretius, ac baptizati fuisse nullo modo videtur judicate.

Matth. 25. Semininio zizaniorum vertitur vitio hominibus

nibus dormientibus, eis igitur quamvis petentibus neganda erat communio.

Potest contumax (qui eo nomine si esset membrum Ecclesiæ, excommunicandus esset) petere communionem; nullus autem in eo statu debet recipi, quo quia sic, modo esses intra Ecclesiam, debet ejici. Excommunicatus contumax nullos ferens fructus dignos pœnitentiæ quibus Ecclesia teneatur acquiescere, potest competere restitutionem, non tamen est restituendus.

Excommunicandus contumax modò petet permanentiam in Ecclesiâ, si competere sufficeret, non excommunicaretur. Quid est, si non hoc sit facere Ecclesiam receptaculum quorumvis penè peccatorum?

Hoc damus: in Ecclesiam suscipiendos & baptizandos non esse nisi prævia confessione fidei & pœnitentiæ, quem morem & vetus servavit Ecclesia, & nostræ hodiè observant, si vel Judæus vel Turca, baptismo sit imbuendus. *Parens in Matth. 3.*

Baptismus nulli adulto conferendus est, nisi prùs ediderit confessionem peccatorum. *Pisat. dis. 2. in Matth. 3.*

Præparationem aliquam ex parte competentium, præterquàm ab competere, Justini temporibus ad admissionem præcedaneam fuisse, ex ejus verbis satis colligitur.

Cæterùm quomodo nos Deo dicaverimus, renovati per Christum, jam exponemus, ne quid malitiosè dissimulare videamur. Quotquot persuasi credunt hæc quæ docemus vera esse, & ad eum modum vivere pollicentur: ante omnia discunt precibus & jejuniis petere *Justin. Mart. Apol. 2.*

à Deo præteritorum peccatorum veniam nobis unà preces jejuniaq; jungentibus, deinde ad aquam à nobis ducuntur.

Magdeb. Cent. 3. Cap. 7. Potuere catechumeni nondum præparati communionē petere; at observant Magdeburgenses ex Eusebio lib. 6. c. 3. discrimen fuisse inter catechumenos & baptizatos, quod clarissimè apparet ex eo quod catechumeni instituebantur ut orarent Deum, ne manerent catechumeni, *h. e.* tales quibus fas non erat cognoscere Sacramenta.

Park. pol. lib. 3. cap. 16. §. 4. Mos reformatarum Ecclesiarum non solùm in lapsis restituendis sed etiam in extraneis recipiendis; examinat Presbyterium, Plebs consentit; quisque testes vitæ suæ secum adfert, publicatur nomen competentis; si nihil contra adfertur, admittitur.

Mos erat Ecclesiæ veteris nullos admittere qui non per certum aliquod tempus competentes essent.

Hoc adhuc confirmatur ex certis ordinibus, & intervallis apud veteres in ordine ad Ecclesiam, quæ frustra essent, si competere sufficeret ad admissionem.

Suppl. Chem. lib. 1. cap. 8. Distincti fuerunt ordines & propria habebant intervalla in primordiali Ecclesiâ catechumeni, Competentes & fideles.

Quando tantum audiebant, dicebantur Catechumeni, quando flectebant genua, & petebant Baptismum, & Communionem (idem interpretativè ac apud nos petere admissionem) dicebantur Competentes.

Quando admittebantur ad Sacramenta, dicebantur fideles, & Christiani. Ex Catechumenis

menis fiebant competentes, ex his fideles. *Wenus. Chr. syn. vol. 3.*

Nec non aliquid hujusmodi subinnui videtur in triplici ordine advenarum apud Iudæos quibus distinguebantur; inquilinus, neque amator Iudæorum, nec adhæsor, puta religioni; Proselytus portæ, qui fuit amator Iuædorum, sed non adhæsor; & Proselytus iustitiæ, qui fuit & amator Iudæorum & adhæsor.

Gradatim admodum progrediebantur veteres ad censuram, ubi si res ita patiebatur,

Primò, fuere abstenti, quid communione in mensâ abstinebantur, sed ἐν συστάσει erant tamen. *Iun. cont. 4. lib. 3. cap. 6.*

Secundò. Ὑποπίπτοντες qui in aditu συστάσεως subsidebant.

Tertio. Ἀκροώμενοι in aditu vestibuli.

Quarto Προκλαίοντες qui extra ipsa Ecclesiæ fores veniam petebant; nec dubitandum quin ut in ejectione, ita in admissione & restitutione, non è vestigio sed justis mediis procedebant.

Propositio 2.

Omnes & soli illi competentes qui sunt Ecclesiastice (1) κατὰ δόξαν fideles, & ordinate incedentes, sunt proxima materia Ecclesiæ visibilis, & proinde admittendi.

Probatur.

SI nullum datur discrimen essentiale inter Thomam Ecclesiasticè fidelem competentem, non membrum, & Iohannem Ecclesiæ *Arg. 1.*

membrum, in eo quod attinet ad statum membrorum præter formam membri, & consequentia formam: tum Ecclesiasticè fideles sunt proxima materia Ecclesiæ visibilis. At verum prius, *ergo*.

Patet minor. Thomas est Ecclsiasticè fidelis non membrum; Iohannes Ecclesiasticè fidelis membrum, ambo Ecclesiasticè fideles. Totum essentialis discrepantiæ in hoc; Thomas est Ecclesiastice fidelis, ordinatè incedens non membrum; Iosnnes Ecclesiasticè fidelis ordinatè incedens membrum.

2 Quibus nihil deest, quo minus sint idonea membra Ecclesiæ, præter admissionem ordinatam, quæ in hac causa dat formam, illi sunt proxima materia Ecclesiæ visibilis.

At competentibus Ecclesiastice fidelibus & ordinate incedentibus, nihil opus est ut sint idonea membra Ecclesiæ, præter admissionem, *ergo*.

3 Quicunque admissione sola adhibita sit idoneum membrum Ecclesiæ visibilis, necesse est ut sit Ecclesiastice fidelis ante admissionem, vel factus est Ecclesiastice fidelis admissione, vel Ecclesia potest jure admittere non fidelem Ecclesiastice, vel non Ecclesiastice fidelis potest esse idoneum membrum Ecclesiæ. At neutrum horum dicendum, *Ergo necesse est &c*,

4 Qui tales sunt quorum cœtui ordine unito, ut proprio & idoneo subjecto Christus dat potestatem clavium, illi sunt admittendi h. e. sunt proxima materia Ecclesiæ visibilis.

At competentes Ecclesiastice fideles, & ordinate incedentes sunt tales, quorum cœtui

cætui ordine unito, ut proprio & idoneo subjecto, Christus dat potestatem clavium. *Ergo.*

5 Vel soli Ecclesiastice fideles ordinate incedentes sunt proxima materia Ecclesiæ visibilis, & proinde admittendi in Ecclesiam ut idonea membra, vel non Ecclesiastice fideles inordinate incedentes sunt proxima materia, & proinde admittendi ut idonea membra in Ecclesiam.

At non Ecclesiastice fideles non ordinate incedentes, non sunt proxima materia Ecclesiæ visibilis, & proinde admittendi ut idonea membra in Ecclesiam. *Ergo.*

Probatur per partes.

Asserere non Ecclesiastice fidelem qua fic, posse esse idoneum membrum Ecclesiæ visibilis, est asserere non Ecclesiastice fidelem esse Ecclesiastice fidelem; quid enim est Ecclesia visibilis aliud quàm cætus Ecclesiastice fidelium, vinculo visibili unitorum? qui autem dicit totum dicit partem; h. e. qui dicit omnes in Ecclesia collective esse Ecclesiastice fideles, ille dicit singulos esse Ecclesiastice fideles.

6 Qui tales sunt quales in Ecclesia non sunt permittendi, illi cum sint extra Ecclesiam, non sunt in eam admittendi.

At inordinate incedentes non sunt in Ecclesia permittendi:

Ergo, Cum sint extra Ecclesiam non sint in Ecclesiam admittendi.

Probatur minor. Præcipimus vobis ut subducatis vos ab omni fratre qui inordinate se gerit 2. Thessal. 3, 6. Matth. 18. 17.

7 Qui non sunt visibilia membra Christi, non sunt idonea membra Ecclesiæ; ratio, quia Ecclesia particularis est corpus Christi, 1. Corinth. 12. 27.

At qui non sunt Ecclesiastice fideles, non sunt visibilia membra Christi.

Ergo, Qui non sunt Ecclesiastice fideles, non sunt idonea membra Ecclesiæ.

8 Quorum tolerati in Ecclesia facit ad ejus destructionem, magis quam ad ædificationem: illi non sunt idonea membra Ecclesiæ.

At inordinate incedentium toleratio facit ad Ecclesiæ destructionem, magis quam ad ædificationem. Rev. 2. 4. 20. *Ergo*.

9 Qui tales sunt de quorum extitus divina illa elogia, domicilium Dei per Spiritum Eph. 2. 22. Templum Dei, 1. Cor. 3. 16. non possunt saltem apparenter prædicari, non sunt idonea membra Ecclesiæ visibilis:

At non Ecclesiastice fideles, & inordinate incedentes sunt ejusmodi: *Ergo*.

Fideles κατὰ ἕξιν sunt materia Ecclesiæ particularis. Probatum apud Reformatos axioma.

Sufficit ad materialitatem Ecclesiæ particularis, ut quis sit membrum Ecclesiæ Catholicæ κατὰ ἕξιν.

Immota thesis. Idem illud in professione constituit Ecclesiam visibilem quod internam sua natura constituit Ecclesiã mysticam, i. e. Fides.

Bellarm. de Eccl. m. lib. Vsque adeo luculenta est hæc veritas ut vel invito Bellarmino, etiam à præcipuorum inter Pontificios calamis excidisse videatur.

Quasi,

Quæst. 1. Quid est χριτήριον τῦ Ecclesiastice fidelis?

Resp. Explicato quid volumus per Ecclesiastice fidelem,

Quid sit χριτήριον Ecclesiastice fidelis deinceps demonstrabitur.

Fidelis est vel κατ' ἀλήθειαν, vel κατὰ δόξαν. Quod non ita intelligendum, ut fidelis κατ' ἀλήθειαν, non sit fidelis κατὰ δόξαν, sed quia potest aliquis esse fidelis κατὰ δόξαν, qui non est, licet teneatur esse fidelis κατ' ἀλήθειαν.

Prior est fidelis coram Deo absolute, realiter, positive.

Posterior, quoad homines, ecclesiastice, è judicio Ecclesiæ. Apparenter, practice, scil. talis de quo, quamvis non sit fidelis positivè, tamen ita judicare tenemur, ut sic erga illum nos geramus in communibus officiis ecclesiasticis, ac si esset fidelis positive.

Non debemus judicare positive non probum probum, quia sic teneremur credere falsum, sed negative & practice debemus in dubiis bene judicare 1. e.

I. Non male de proximo judicare.

II. Vt sic erga illum nos geramus in communibus officiis ac si esset probus. *Amos. de emse lib. cap. 14.*

Hinc ecclesiastice fidelis est, qui talis est erga quem, sive sit fidelis positive, sive non. Sic nos geramus oportet in communibus Ecclesiæ officiis ac si esset fidelis, h. e. est fidelis judicio Ecclesiæ, licet non sit fidelis judicio Dei.

Dari autem tales casus in quibus ex præcepto de aliis ita judicare tenemur, ut sic erga illos

illos nos geramus, tanquam essent quod revera non sunt.

Instantiis hisce constat.

In casu decreti electionis debemus ita existimare de hominibus ut nos geramus erga illos tanquam essent electi, quamvis revera sint reprobi. Peccat reprobus credens de ipso se esse reprobum.

2. In casu alius alium se præstantiorem existimantis Phil. 2. 3.

3. In casibus civilibus judicialibus, quando veritas judicialis Ioh. 8. 17. opponitur veritati absolutæ, seu simplici: Reus absolute, judicialiter absolutus: ita habendus est, ut nos geramus erga eum tanquam esset non reus, innocens.

4. In casibus Ecclesiasticis. Iudas revera non fidelis, ita æstimandus à Co-Apostolis, ut se gerant erga illum ac si esset fidelis.

Instituta est hæc veritas in salutem societatis Christianæ, quæ nisi obtineret, periclitaretur illico unio & communio Christiana externa.

Ad hæc ecclesiastice habendus est Ethnicus & Publicanus. Mat. 18. 17. qui positive potest esse fidelis. Cogita incestuosum.

His explicatis, sequitur,

Vt quid sit χριτήριον τῦ ecclesiastice fidelis in quo Ecclesia acquiescere debet, de idoneitate competentis in ordine ad admissionem demonstremus.

Totum χριτήριον τῦ ecclesiastice fidelis quatuor hisce partibus integratur.

Matt 18. 16. 17. 18. 19.

1. Confessione objecti fidei quoad fundamentalia

mentalia, & reliqua religionis capita, quorum scientia ad vitam sine scandalo transigendam, est requisita. Fundamentalia necessaria sunt ad salutem necessitate medii.

Necessarium necessitate medii illud est, quod ex lege ordinaria Dei sic ad salutem necessarium est, ut quicunque etiam ob ignorantiam invincibilem, vel quacunque alia de causa id non fuerit assequutus, is nequeat etiam consequi salutem. *Valentian. 3. disp. 1. q. 2. p. 2.*

2. Talis declaratione operis fidei experimentalis, quæ quoad veritatem rei continet modo quali quali substantiam conversionis, licet fallat quoad veritatem inexistentiæ in hac persona. *Mark. 3. 6. Marc. 2. 3.*

3. Conversatione absque scandalo: hoc est sine offendiculo coram hominibus, saltem pœnitentia non sanato, cum Testimonio de conversatione competentis, quod prout competens magis vel minus notus sit, eo magis vel minus desideratur. Testimonium Barnabæ conciliavit Paulum Ecclesiæ. Act. 9. 26.

4. Testata subjectione in Evangelium Christi & ejus politiam.

Quæst. 2. Penes quos manet potestas dijudicandi de tali *περιστάσει*, & consequenter de idoneitate Competentis admittendi.

Resp. Penes totam Ecclesiam organicam juxta temperamentum suæ mixtæ politiæ, presbyterio in actibus presbyterialibus procedente per modum regiminis: Fraternitate potestatem vel libertatis, ut in hoc negotio, vel judicii ut alibi, pro re nata exercente.

De potestate presbyterii nulla controversia,

ſia: poteſtas fratria ita defenditur.

1 A natura ſubjecti primarii, & temperamenti mixtæ πολιτικῶς; quemadmodum enim in adminiſtratione mixta-civili, regimen à ſubjecto primo, ratione ducis, in rectores ita derivatur, ut populus in rebus libertatis libertatem, in rebus judicialibus majorem poteſtatem, prout ſalus iſtius ſocietatis poſtulaverit, retineat: ita ἀναλόγως fraternitas utpote primi ſubjectum univerſæ miniſterialis poteſtatis clavium in mixta adminiſtratione Eccleſiæ, Chriſto duce, ita deſignat perſonas ad gubernationem, ut in rebus libertatis, libertas; in rebus cenſuræ, poteſtas fratria judicii, ſecum maneat integra.

2. A poteſtate fraternitatis in admiſſione.

Qui habent poteſtatem in admiſſione, habent poteſtatem judicandi de idoneitate admittendi.

At fraternitas habet poteſtatem in admiſſione, quia acceptatio ad communionem eſt actus liber communitatis.

3. A poteſtate fraternitatis in judicando de cauſa excommunicationis.

Qui habent poteſtatem judicandi de cauſa membri excommunicandi, habent poteſtatem judicandi de idoneitate membri admittendi, quia judicare in caſu excommunicationis eſt quid gravius quam judicare in cauſa admiſſionis.

Ejuſdem eſt poteſtatis aperire & claudere.

At fraternitas habet poteſtatem judicandi de cauſa excommunicationis. Mat. 18. 17. 1. Cor. 5.

Si ergo deferendum eſt membrum ad Eccle-

Cartwr. contra Rem. l. 1. c. 5.

ſiam

ſiam priuſquam ejicitur, etiam ad Eccleſiam deferendus eſt Competens priuſquam admittur.

4. A poteſtate fraternitatis in reſtitutione excommunicatorum.

Si fraternitas habet poteſtatem judicandi de cauſa lapſi reſtituendi, tum de idoneitate admittendi.

Ratio connexi; quia reſtitutio eſt quaſi ſecunda admiſſio.

Si ergo habet poteſtatem in re-admiſſione excommunicatorum competentium, quare non in admiſſione aliorum competentium?

Si in admiſſione 2ª. Thomæ lapſi competentis reſtituti, quare non in prima admiſſione Thomæ non lapſi competentis?

At fraternitas habet poteſtatem judicandi de cauſa lapſi reſtituendi, quia habet poteſtatem in ipſa acceptatione lapſi ad communionem. 2. Cor. 2. 6. quia ipſa acceptatio lapſi ad Communionem eſt ex parte actus fraternitatis.

Examinabuntur ſingula præſentibus, & judicantibus vobis. *Cypr. lib. 3. Epiſt. 40. edit. Pariſienſ.*

5. A poteſtate fraternitatis in judicando de idoneitate miniſtrorum.

Qui habent poteſtatem judicandi de idoneitate miniſtrorum, habent poteſtatem iudicandi de idoneitate membrorum, quia eſt actus ſuperioris naturæ, in eodem genere, ſc. libertatis fratriæ.

At fraternitas habet poteſtatem judicandi de idoneitate miniſtrorum; patet ex fraterna poteſtate in electione, habent poteſtatem eligendi miniſtros. *Ergo.*

6. Ab

6. Ab exemplo Sauli Act. 9. 26. qui tentans sese ecclesiæ Hierosolymitanæ adjungere, non admittebatur donec testimonio Barnabæ, discipulorum, h. e. fratrum animis, qui eum suspectum habebant, satisfactum est. Danda ergo fraternitati etiam in Ecclesia organica potestas sua in judicando de idoneitate competentium admittendorum.

Cartur. contra Rouen. Matth. 3.

Pertinet ad Ecclesiam, non tantum ad ministros, cognoscere de qualificatione baptizandi, priusquam baptizetur.

Quod tangit omnes, spectat ad omnes.

Quæst. 3. Quali judicio est κριτήριον τοῦ ecclesiastice fidelis dijudicandum?

Resp. Iudicio charitatis quod interpretatur dubia in meliorem partem negative, & affirmative; adeo tamen ut non repugnat judicio prudentiæ.

Descript. aliqua iudicii charitatis desumpta ex Thom. Val. Amos.

Iudicium charitatis est quando in dubiis circa personam ubi malum non est evidens, & sunt aliqua argumenta in bonam partem, inclinamus per assensum judicii, in melius negative & practice i. e.

1. Vt saltem non male de proximo judicemus.

2. Vt sic erga illum nos geramus in communibus officiis, ac si esset probus.

Proptia natura judicii charitatis melius colligitur ex quibusdam distinctionibus.

1. Objectum quod judicatur, sunt vel personæ, vel res.

De personis bonum est in dubio (posito quod judicatur) judicare bene.

Vbi vero malum non est evidens, & sunt aliqua

aliqua argumenta in bonam partem, hoc ipso est sufficiens ratio ad judicandum bene. *Valentia, tom. 3. d. 5. q. 5. p. 4.*

Dubia de personis negative & practice sunt interpretanda in meliorem partem. *Amesius conscient. lib. 3. cap. 25.*

De rebus consultum est omnino cohibere judicium de alterutra parte in dubio, quia secundum momenta rationum, debent æstimari sine inclinatione in hanc vel illam partem.

1. Judicium quo judicatur, triplex est. 1. veritatis, 2. charitatis, 3. prudentiæ. *Item. lib. singul. de Eccl. cap. 17.*

Facilè etiam lector observet apud Amesium, judicium positivum sive certum, charitatis & prudentiæ.

3. Dubia (posito quod judicatur) exponuntur in meliorem partem negative & affirmative. Negative, h. e. non in deteriorem partem. Affirmative per assensum judicii in melius.

Idem docent alii per terminos negative & practice, i. e. Quando ita judicandum est de aliis, ut noserga eos ita geramus communibus officiis, ac si id essent quod revera non sunt.

Ecclesia per actum admissionis alicujus membri non testatur personam admissam esse fidelem positive, sed tantum ecclesiastice, h. e. talem esse erga quem se gerere debet in Ecclesiastica communione, tanquam fidelis esset positive.

Potest Ecclesia peccare in admittendo fidelem positive, modo incedat inordinate.

Potest Ecclesia peccare in non admittendo fidelem Ecclesiastice, quamvis non sit fidelis positive.

Doctrina 7ª fidelis ecclesiastice, non labefactat

ctat doctrinam τῦ fidelis positive, sive absolute: uti doctrina judicii charitatis, non incommodat doctrinæ judicii veritatis simpliciter?

Veritas veritati nihil obest.

Quæst. 4. Quomodo est confessio quæ continet duas partes priores τῦ κριτηρίυ, τῦ ecclesiastice fidelis facienda?

Resp. Exhibendo aliqualem professionem fidei. i. e. objecti fidei, de quo supra dictum est, & confessionem peccatorum. i. e. operis fidei experimentalis quoad substantiam, vel ore vel scripto, sed ore tenus quoad fieri potest ex parte virorum coram cœtu publico, sive sermone continuo, sive quæstionibus, ubi opus fuerit, pro re nata sapienter propositis.

Quod autem ex occasione, quæstionibus mediantibus satisfactionem è competentibus fas sit expiscari, patet. 1. Ex natura rei. 2. & pervetusta veterum praxi.

Beza interpretans illud 1. Petr. 3. 21. in voce Ἐπερώτημα dicit Apostolum respexisse ad interrogationes catechistarum & responsiones Catechumenorum baptizandorum. Credis? Credo. Abrenuntias? Abrenuncio. Vnde illud Tertulliani, anima non lavatione, sed responsione sancitur.

Paræus loquens de temporibus primordialibus, adulti inquit ex Ethnicis ante baptismum recitabant capita symboli fidei Christianæ.

Paræus. in Heb. 6.

Docebantur tunc Catechumeni haud dubie per quæstiones propositas [nempe] credis, ne te peccatorem esse? propter peccata damnationis & mortis reum esse? Resipiscentiam & vitam novam salvandis necessariam esse?

An

An serio profiteris resipiscentiam ab operibus mortuis?

Nihil in hoc χριστηρίῳ nec in eius confessione desideratur ultra vires cuiuslibet fidelis adulti, ratione utentis.

Nihil desideratur in hac confessione non commune omni fideli; secreta vetantur, extraordinaria non petuntur.

Si quis fratrum confessione obiecti & operis fidei habita, ulteriorem satisfactionem in quolibet postulaverit, expedire judicamus ut quæsitum non immediate ab ipso fratre proponatur admittendo, sed mediate presbyterio approbante & aliquo presbyterorum proponente quæsitum competenti, quis presbyteri sunt ea Ecclesiæ.

Omnia peragantur spiritu mansuetudinis & prudentiæ, salvo honore Competentis.

Modus attemperetur facultati Competentis; quibus positis, quare Christo honor confessionis subtraheretur.

Absit ut ullo modo linum fumigans extinguretur; sufficit, si aliquo modo appareat aliquid Christi.

Neque hanc Ecclesiasticam Confessionem ἀπλῆς ὁμολογίας elogio insignire dubitamus.

CAPVT. II.

De fœdere Ecclesiastico.

Quæstio.

AN fœdus Ecclesiasticum tale quo membra particularis Ecclesiæ inter se sociantur & publico & expresso assensu, & promisso sese invicem uniunt, & devinciunt ad timorem, & sanctum Dei cultum, unitatem fidei, fraternum amorem, mutuam edificationem, & omnia pietatis officia, in sanctâ Communione cum Deo & inter se exercendas?

An inquam tale fœdus sit absolutè necessarium ad veræ Ecclesiæ constitutionem, ita ut absque eo nulla sit vera Ecclesia, nullum verum Ecclesiæ membrum, nullum aliud sit vinculum, & medium, quo homines in unam Ecclesiam uniri possint, quamvis unâ externâ fidei professione, veritatis & sanctitatis praxi, eodem baptismate uniantur, eundem publicum cultum divinum uno in loco frequentent, iisdem inspectoribus Ecclesiæ subsint, eâdem lege, & iurisdictione Ecclesiasticâ gubernentur, & disciplinâ coerceantur, nisi fœdus tale expressum & solenne intra Ecclesiæ membra & rectores publicè coram totâ Ecclesiâ ineant?

Resp. Fœdus Ecclesiasticum tale quo membra particularis Ecclesiæ in se sociantur, & publico & expresso (quatenus τὸ expresso contradistinguitur implicito) assensu & promisso sese invicem uniunt & devinciunt ad timo-

timorem & ſanctum Dei cultum, unitatem fidei, fraternum amorem, mutuam ædificationem, & omnia pietatis officia in ſanctâ communione cum Deo & inter ſe exercenda.

Tale (inquimus) fœdus non eſt abſolutè neceſſarium ad veræ Eccleſiæ conſtitutionem; ita ut abſque eo nulla ſit vera Eccleſia, nullum verum Eccleſiæ membrum, nullum aliud ſit vinculum & medium quo homines in unam Eccleſiam uniri poſſint.

Si enim unâ extemâ fidei profeſſione, veritatis & ſanctitatis praxi, eodem baptiſmate uniantur, & eundem publicum cultum uno in loco frequentent, iiſdem inſpectoribus Eccleſiæ ſubſint, eâdem lege & juriſdictione Eccleſiaſticâ gubernentur, & diſciplinâ cœrceantur: Etſi fœdus tale expreſſum, & ſolenne, neque intra Eccleſiæ membra (à quibus iſtiuſmodi fœdus propriè initum eſt) neque intra Eccleſiæ membra & rectores (cum hoc fœdus non ſit fratrum inter ſe ad conſtituendam Eccleſiam, ſed omnium membrorum fratrum juxta & ſororum cum Presbyterio, ad ſanciendum ordinem ſubjectionis & regiminis in Eccleſiâ Organicâ) publicè coram totâ Eccleſiâ, ineunt, quippe quòd prædicta ſunt, ipſum fœdus, ſcil. implicitè (licet non explicitè) quod ſufficit ad conſtitutionem veræ Eccleſiæ.

Ut quæſtioni plenius ſatisfiat explicandum.

Quid ſit Eccleſia particularis?

Quid ſit forma Eccleſiæ particularis?

Quale fœdus ritè requiritur, quale ſufficit ad conſtitutionem veræ Eccleſiæ?

Quæst. 1. Quid sit Ecclesia particularis?

Resp. Ecclesia particularis est cœtus fidelium visibili vinculo mutui consensus politicè unitus ad incedendum in fide & observantiâ Evangelii, juxta ordinem seu politiam Evangelii.

Quæst. 2. Quid est forma Ecclesiæ particularis?

Resp. Est mutuus consensus cœtus fidelium ad incedendum in fide, & observantiâ Evangelii, juxta ordinem Evangelii, sive sit expressus sive sit implicitus, visibiliter testatus.

Ames. med. lib. 1. cap. 32. Th. 28.

Fœderata ista cónjunctio eatenus tantum constituit Ecclesiam, quatenus spectat ad communionem sanctorum exercendam.

Iste consensus mutuus est ipsum & vinculum visibile, quod nos appellamus fœdus; utcunque aliis aliter idem referre placeat.

Istiusmodi fœdus sive explicitum sive implicitum, esse formam Ecclesiæ particularis, arguitur sic.

Vel fœdus est forma Ecclesiæ particularis vel cohabitatio parochialis, vel coitio in eundem locum ad cultum publicum, vel simplex professio personalis, vel baptismus.

At neque cohabitatio parochialis, nec coitio in eundem locum ad cultum publicum, nec mera professio personalis, neque Baptismus.

Ergo, fœdus est forma Ecclesiæ. patet posterior pars distinctionis per partes.

Non cohabitatio parochialis, nec coitio in eundem locum ad cultum, quia Turcæ, Papistæ,

pistæ, Hæretici, Infideles, possunt cohabitare, & ad eundem locum convenire colendi ergo: Experientia & Scriptura testibus. 1. Cor. 14. 24. & alibi.

Non simplex professio personalis fidei, quatenus distinguitur à professione fœderali.

Si simplex professio fidei est forma Ecclesiæ, tum unicus professor potest dare formam Ecclesiæ, atque ita constituere Ecclesiam, quia potest dare formam, si modo fidem suam profiteri, sit dare formam: positâ autem forma, ponitur esse rei.

Si simplex professio rei dat formam Ecclesiæ, tum quilibet professor potest esse membrum Ecclesiæ: Ecclesia hac vel illâ imo omni Ecclesia renuente.

At hoc nullo modo dandum; requiritur ad bene esse membri concursus professionis non simplicis, sed politicæ, Competentis: & acceptationis Ecclesiæ.

Nullus actus non dicens ex naturâ suâ respectum ad societatem Ecclesiæ, est forma Ecclesiæ.

At simplex professio fidei non est actus hujusmodi. *Ergo.*

Nullus actus non distinguens Ecclesiam ab Ecclesiâ, nec membrum hujus Ecclesiæ à membro illius, nedum Ecclesiam à non-Ecclesiâ, aut membrum à non membro, est forma Ecclesiæ.

At simplex professio fidei est actus non distinguens Ecclesiam hanc ab illâ, vel membrum hujus Ecclesiæ à membro illius &c. *Ergo*: Quia professio fidei est actus

communis omnibus Ecclesiis, omnibus membris Ecclesiarum, item non membris.

Quod est commune competentibus, & excommunicatis, non dat formam Ecclesiæ; excommunicatus enim non est membrum alicujus Ecclesiæ particularis.

At simplex professio fidei est communis competentibus, & excommunicatis.

Non Baptismus.

Si Baptismus ordine naturæ & tempore est posterior ministris Baptismi, & ministri Baptismi sunt posteriores Ecclesiâ, cum Baptismus non dat formam Ecclesiæ; idem non potest esse prius & posterius seipso.

At Baptismus est posterior ministris Baptismi, & ministri Baptismi sunt posteriores Ecclesiâ, quia Baptismus non potest ex ordine licitè administrari nisi per ministros, & ministri sunt posteriores Ecclesiâ. Actor. 14. 23. Adjunctum est posterius subjecto, Eligens est prior electo.

Quod non potest simul & semel communicari materiei Ecclesiæ non est forma Ecclesiæ. Forma consistit in indivisibili.

At Baptismus non potest simul & semel communicari materiei Ecclesiæ, quia homines baptizantur unus post alium successivè, utcunque non eodem instanti.

Si Baptismus est forma Ecclesiæ, tum unus homo potest esse Ecclesia, quia Baptismus plenè applicatur unicæ personæ; posti-

tâ autem formâ, ponitur esse rei, ut supra.

Si Baptismus est forma Ecclesiæ, tum non-baptizatus, non potest esse membrum Ecclesiæ.

At non-baptizatus potest esse membrum Ecclesiæ; constat ex analogiâ Baptismi cum circumcisione; Infantes Iudæorum erant fœderati & membra Ecclesiæ ante circumcisionem. *Ergo* Infantes Christianorum membrorum Ecclesiæ, nascuntur fœderati 1. Cor. 7. 14. Israelitæ incircumcisi dicuntur Ecclesia in deserto. Actor. 7. 38.

Paraus in loc. Amos. med. l. 1. cap 32. thes. 12.

Ecclesia potest carere Baptismo pro tempore, & tamen manere Ecclesia.

Perkins. de eos. consc. lib. 2 cap 9.

Infantes sunt nati in Ecclesiâ, & membra ante Baptismum.

Buc. loc. 47.

Si Baptismus est forma Ecclesiæ, tum omnis Baptizatus est membrum Ecclesiæ.

At omnis baptizatus non est membrum Ecclesiæ.

In casu protobaptizati, secundo nondum baptizato, qui licet baptizetur, non est membrum Ecclesiæ, nisi dicatur, vel unicum hominem esse Ecclesiam, vel membrum posse esse sine integro.

In casu naufragii vel ejusmodi providentiæ, ubi omnia membra alicujus Ecclesiæ interirent unico superstite, si dicatur unicus ille superstes esse membrum Ecclesiæ, idem recurret incommodum.

In casu excommunicationis, excommunicatus manet baptizatus, sed cessat pro tempore esse membrum Ecclesiæ alicujus particularis.

Si Baptismus est forma Ecclesiæ, sequetur excommunicatum quando restituitur in Ecclesiam esse rebaptizandum.

Objet. At dicat aliquis, si Cohabitatio, Coitio in eundem cœnum coëundi ergo, professio simplex fidei, Baptismus, non sint forma Ecclesiæ sigillatim: at possint constituere formam conjunctim.

Solut. Tum sequeretur saltem bina eorum esse de formâ; at major pars rationum prædictarum, æquè improbat ea esse de formâ, ac esse formam Ecclesiæ.

Cohabitatio, Coitio, Professio, possunt concurrere in Competente, nondum membro Ecclesiæ.

At Baptismum tum Ecclesiæ inorganici, tum organicâ & naturâ & tempore posteriorem, & proinde nec esse formam, nec de formâ Ecclesiæ, satis probatur.

Cohabitatio, Coitio, Professio, & Baptismus possunt concurrere in excommunicato, desiderante restitutionem sed nondum restituto; nullus autem excommunicatus est membrum Ecclesiæ alicujus particularis.

Sit de primo Argumento.

Argument. II.

Ad quem modum Ecclesia lapsa est reformata, ad eundem modum erat primitus formata:

At per modum fœderis Ecclesia lapsa est reformata: *Ergo* Per modum fœderis Ecclesia erat primitus formata.

Argu-

Argument. III.

Ad quem modum Eccleſiæ conſtitutæ membrum addebatur, ad eundem modum Eccleſia primitus inſtituebatur: Eadem ratio partium, & totius.

At per modum fœderis Eccleſiæ conſtitutæ membrum addebatur. Ieſ. 56.

Ergò per modum fœderis Eccleſia primitus inſtituebatur.

Argument. IV.

Omnis relatio ſubjectionis & ſuperioritatis inter liberos, fundatur conſenſu mutuo viſibiliter exhibito, h. e. per modum fœderis.

At Conſtitutio Eccleſiæ particularis, eſt relatio ſubjectionis & ſuperioritatis inter liberos.

Ergò conſtitutio Eccleſiæ particularis, fundatur conſenſu mutuo viſibiliter exhibito, h. e. per modum fœderis.

Argument. V.

Quod ſolummodo & ſufficienter diſtinguit Eccleſiam ab Eccleſiâ, membrum hujus Eccleſiæ à membro illius, adeò ut ordo conſervetur, & confuſio evitetur; id eſt forma Eccleſiæ. *Pol. Eccl. lib. 3. cap. 16.*

At fœdus Eccleſiaſticum ſolummodo ita diſtinguit: *Ergò*,

Diſpu-

Disputat Parkerus pro constitutione Ecclesiæ per modum fœderis.

Quæst. Quid censendum de illis Ecclesiis ubi Baptismus administratur non tantum ut sigillum fœderis, sed etiam ut formativum Ecclesiæ, adeò ut membra per Baptismum in talem congregationem recipiantur.

Resp. 1. In ejusmodi praxi nobis videtur esse defectus ordinis, ob rationes ante expositas.

2. In ejusmodi Baptismo, cæterisque actibus Ecclesiasticis habetur fœdus implicitum, etsi minus explicitum.

3. De veritate talis Ecclesiæ, eo nomine dubitare peccatum ducimus.

Quæst. 3. Quale fœdus sufficit ad formam Ecclesiæ particularis?

Resp. Fœdus implicitum sufficit ad Esse, fœdus explicitum ad magis ordinatum Esse desideratur.

Fœdus est Explicitum, vel Implicitum: Aliis Expressum, & Implicitum: Aliis Pactio formalis: & realis, vel virtualis.

Explicitum est quando consensus mutuus fœderatorum, cujus scopus est ad incedendum in fide, & observantiâ Evangelii, juxta politiam Evangelii, verbis formalibus solemniter significatur.

Implicitum quando licet vocale fœdus tacetur, at reale saltem quoad ejus substantiam in praxi congregationis exhibetur: istiusmodi professione licet magis implicitâ quàm par est, essentiam Ecclesiæ particularis salvam esse nulli dubitamus.

Imo verò tantum abest, ut ob defectum fœde-

fœderis expliciti (salvâ vel ungulæ religione in rebus Iesu Christi) ullas congregationes, ex Ecclesiarum albo expungamus: ut cætus multò graviora passos, essentialibus Dei gratiâ adhuc in tuto positis, tanquam non-Ecclesias judicare, salvâ conscientiâ nullos posse, sanctè testemur.

Distinguendum inter Ecclesiam puram, impuram, impurissimam, & nullam. Inter Ἀλλοίωσιν & Οὐδένειαν. Concedit Iunius Ἀλλοίωσιν mutationem Ecclesiæ, in malum, pejus, pessimum, ubi negat interitum: cui & nos promptè accedimus, quia errores fundamentales solummodo tollere possunt naturam Ecclesiæ.

Fundamentalia, sive Essentialia sunt materia, & forma Ecclesiæ particularis. Materia sunt homines profitentes doctrinam salutaris fidei. Forma est mutuus consensus politicus ad incedendum in illa fide, vel verbis, vel factis, modo aliquo visibiliter significatus; adeò ut non sufficit subitanea aliqua conjunctio, & sanctæ communionis exercitium, ad Ecclesiam constituendam, nisi constantia illa accedat, saltem quoad intentionem, quæ statum adfert corporis & membrorum in spirituali quadam politiâ: qualem consensum, nos fœdus vocare jam toties diximus.

Amos. med. lib. 1. cap. 32.

Fryid. de Eccl. l. 2. cap. 3. Willet. syn. cont. 1. art. 23.

Park. pol. l. 1. cap. 13.

Neque tamen Ecclesiam errores fundamentales statim destruunt, donec eis addatur contumacia in foro exteriori.

Ecclesia in fundamento aberrans, tamdiu manet Ecclesia quamdiu non est pertinax.

An fœdus hoc Ecclesiasticum sit unum &

„ idem

„idem, cum divino fœdere gratiæ, ita ut om-
„nes sub hoc fœdere Ecclesiastico sint, qui sub
„fœdere gratiæ continentur; an verò diversa,
„ita ut verè in hoc fœdere Ecclesiastico conti-
„neantur aliqui, qui tamen sub fœdere gratiæ
„non sunt, & verè sub fœdere gratiæ sint, qui
„hoc fœdere Ecclesiastico non contineantur?

Fœdus hoc Ecclesiasticum non est unum & idem cum divino fœdere gratiæ, neque omnes sub hoc fœdere Ecclesiastico sunt, qui sub fœdere gratiæ continentur: sed sunt diversa, ita ut vere in hoc fœdere Ecclesiastico contineantur aliqui, qui tamen sub fœdere gratiæ non sunt; & vere sub fœdere gratiæ sint, qui hoc fœdere Ecclesiastico non contineantur.

Quoniam autem fœdus gratiæ, & fœdus Ecclesiasticum sunt ambo, res sacræ: & conveniunt in appellatione fœderis; ut eorum discrepantia ad invicem rectius intelligatur,

Commode distinguendum inter fœdus gratiæ, & gratiam fœderis seu gratiam fœderalem, quæ est vel interna, vel externa.

Fœdus autem Ecclesiasticum est pars externa fœderis gratiæ, h. e. pars gratiæ fœderalis externæ; à fœdere gratiæ multis nominibus discriminanum.

Zanch. de nat. Dei lib. 4. cap. 7. Pol. Synt. lib. 6. cap. 33. Trelc. Com. loc. 10. Amesi. med. lib. 1. cap. 24. & alii

1. Objecto sive subjecto ☞; objectum fœderis gratiæ sunt soli electi: Objectum fœderis Ecclesiastici sunt tum electi, tum reprobi. Fœdus à Reprobis initum non est internum, sed tantum externum, unde pro confœderatis censeantur, sed professione tantum non veritate. Populus Dei sunt h. e. analogicè, non propriè.

2. Effe-

2. Effecto ; per fœdus gratiæ facti sumus membra Ecclesiæ Catholicæ ; Fœdere Ecclesiastico efficimur membra Ecclesiæ visibilis. Ab eo, accipimus sanctitatem regenerationis, ab hoc, relationis. &c.

3. Adjuncto ; illud est æternum & immutabile : hoc autem qua tale, est temporarium, & mutabile.

4. Distinguuntur ut finis & medium ad finem ; fœdus gratiæ continet ipsam salutem ; fœdus Ecclesiasticum est medium ordinarium applicandi hanc salutem : fœdus Ecclesiasticum est pars cultus instituti & externæ administrationis fœderis gratiæ.

5. Distinguuntur ut totum & pars : si enim fœdus gratiæ consideretur in universâ suâ latitudine complectens promissionem gratiæ, una cum stipulatione ex parte Dei, & fidem ac obedientiam una cum restipulatione ex parte nostri : Tum fœdus Ecclesiasticum, respectu fœderis gratiæ habet se ut pars ad totum. Fœdus gratiæ est revelatio & efficax applicatio gratiæ per modum stipulationis ex parte Dei, & restipulationis ex parte Christi & electorum.

In hoc Deus est author, Christus sponsor, sed non author, electi suis temporibus fideles & obsequentes confœderati, ex gratiâ Christi.

Fœdus Ecclesiasticum est consensus mutuus fidelium sive explicitus sive implicitus, visibiliter significatus, ad ambulandum cum Deo, & ad invicem, juxta politiam Evangelii.

Hujusce Christus est & sponsor & author.

Sed

sed non est hujus loci subtiliùs in hac re philosophari.

In hoc autem fœdere Ecclesiastico non modo aliqui sed & πολλοὶ sunt, Mat. 16. & 22. 14. qui sub fœdere gratiæ non sunt: ut & aliquos esse in fœdere gratiæ, qui sub fœdere Ecclesiastico non continentur, apud nos est procul omni dubio; plurima fuere membra Ecclesiæ Catholicæ, quæ nunquam fuere membra Ecclesiæ visibilis, & è converso. Novit qui novit omnia quot infantes, Catechumeni, nunquam in terris Ecclesiasticè fœderati: quibus addantur excommunicati pœnitentes, nondum restituti; qui regnant in Cœlis, in æternum gloriscati. Valentinianus & Martyres Catechumeni ante mysteria solenniter celebrata morientes, coronantur apud Ambrosium.

Ambros. in obit. Valent. Imper.

Iudas fuit in fœdere Ecclesiastico, sed est in loco suo. Incertum est (saltem nonnullis) Iobum fuisse in fœdere Ecclesiastico; certum autem est, eum esse in Cœlo.

An Sacramenta sint signa, & sigilla, »fœdus hoc Ecclesiasticum confirmantia, »principaliter (addo) ad hoc ratificandum »instituta, ita ut illis solis sint administranda qui fœdere hoc Ecclesiastico inter se uniuntur: Aliis verò qui in Ecclesiastici tui »communione, & firmâ societate non vivunt, »sint deneganda.

Sacramenta non sunt signa & sigilla fœdus hoc Ecclesiasticum confirmantia, nimirum principaliter ad hoc ratificandum instituta;

Quia

Quæ sunt signa & sigilla fœdus gratiæ primario confirmantia, & principaliter ad hoc ratificandum institutæ. Circumcisionem Moses vocat signum, Gen. 17. 11. אות ברית Paulus σφραγίδα. Rom. 4. 11. hinc quoniam quod de Circumcisione dicitur, de toto genere Sacramentorum est intelligendum, signa & sigilla gratiæ apud Orthodoxos passim audiunt; ex authoritate Scripturæ, ex proprio & principali fine Sacramentorum, ex adæquatione relati, & correlati; nec aliter confirmatur fœdus Ecclesiasticum à Sacramentis, nisi quatenus confirmans totum explicitè & primariò confirmat quamlibet partem totius, aliquo modo.

Veruntamen Sacramenta licet non hæc, aliis tamen de causis, illis solis sunt administranda, qui fœdere Ecclesiastico explicitè vel implicitè inter se uniuntur: aliis verò qui in Ecclesiastica tali unione, & firmâ societate non vivunt, sunt deneganda.

Quia cœna non est administranda non-baptizatis, nec Baptismus ex ordine administrandus nisi fœderatis: Et consequenter, membris ante Baptismum.

Vel Baptizati ex ordine debent esse membra ante Baptismum, vel sunt ordinatè membra per Baptismum, vel omnes baptizati manent adhuc non-membra, donec per aliquem ulteriorem actum in Ecclesiam admittantur;

At non sunt membra per Baptismum, ut supra probatur; nec baptizati, ex ordine manent non-membra post Baptismum, ergo.

Si

Si Ecclesia sit πρῶτον δεκτικὸν cultus Ecclesiastici instituti, tum Baptismus pars istius cultus non est communicandus non-membris, quia ex primitate subjecti sit, ut accidens ei insit καθόλου, h. e. immediatè, adæquatè & reciprocè: sicut risibile, capax disciplinæ, facultas loquendi, prædicantur de homine.

At Ecclesia est πρῶτον δεκτικὸν cultus Ecclesiastici instituti: *Ergo.*

Facere opus Iehovæ fraudulenter sive negligenter, non est licitum:

At baptizare non-membra, est facere opus Iehovæ fraudulenter.

Qui administrat Baptisma absque præcedaneâ restipulatione Ecclesiasticâ, tanquam fidei & obedientiæ debitâ ἀσφαλείᾳ qui baptizatus ad restipulationem præstandam teneatur, facit opus Iehovæ fraudulenter.

At qui baptizat non-membra, administrat ejusmodi Baptisma. *ergo.*

Ex analogiâ Circumcisionis.

Familia Abrahami, Iudæi, Proselytæ Is. 56. fuerunt de Ecclesiâ antequam circumcidebantur; *ergo* Christiani debent esse membra Ecclesiæ priusquam baptizantur.

Ex analogiâ societatum politicarum civilium, quæ privilegia societati propria, non nisi ejus membris conferunt.

Non-μαθηται non sunt baptizandi. Matth. 28. 19.

Discipulate baptizantes.

Non-membra sunt non-μαθηται. *Ergo:*

Non-membra non sunt baptizanda.

Mathe-

μαθητεύειν est μαθητὰς ποιεῖν Joh. 4. 1. Discipulus facer supponit disciplinam sacram, hæc scholam sacram, sc. Ecclesiam.

Primùm per doctrinam Evangelii in Ecclesiam coopt andæ gentes; deinde demum baptizandæ, ubi jam homines Ecclesiam fuerint ingressi, ac fidem Evangelii professi. *Piscat. obs. in loc.*

Baptismus verus requirit fœderatos quibus administretur. *Rivet in Gen. cap. 17. quæst. 82.*

Obsect. Apostoli baptizarunt non-membra ante Baptismum Act. 10. 47. 48. Act. 16. 15. 33.

Resp. Aequi hoc affirmanti incumbit probandum: Certum est plurimos baptizatorum fuisse membra Ecclesiæ Judaicæ, ante Baptismum. De quibus Act. 2. & cap. 8. 37. 38. & alibi. Dicit Scriptura Cornelium cum familiâ suâ Act. 10. 47, 48. Lydiam cum domo suâ Act. 16. 15. Commentariensem cum domesticis suis, & alios baptizatos fuisse. At utrum vel non membra fuere fiet. A non-dici, ad non-esse, non valet consequentia.

Religio est nobis judicare Apostolos in baptizando observasse regulam à Christo latam Mat. 28. 19. Cujus hæc mens esse videtur, ut auditores, jam discipulos factos, i. e. in Ecclesiam, Christi Scholam collectos, baptizarent.

Apostoli mittebantur cum amplitudine, & plenitudine potestatis Johann. 20. 21. Et quamvis Ecclesiis præsentibus, eos nullos actus Ecclesiasticos nisi ex communi consensu Ecclesiarum egisse legimus, at eis absentibus

sentibus præcipuè in admissione membrorum Apostolicâ potestate usos fuisse, quid vetat?

Baptismo Apostolico ut & (occasionaliter) aliis administrationibus Apostolicis jure conferri potest aliquid dandum esse transcendentali potestati Apostolorum, qui mittebantur cum plenitudine, & amplitudine potestatis, & cum infallibili assistentia spiritus, in functione Apostolicâ exequenda, quod congregationibus ordinariis in exemplum trahendum non est.

Quælibet Ecclesia habet plenitudinem potestatis intra gyros extus propii definitam; quilibet Apostolus habuit eam plenitudine amplitudinem potestatis quocunque terrarum mittebatur extensam.

Quicquid sub ratione potestatis clavium, potest particularis Ecclesia inter limites propriæ congregationis; hoc potuerunt singuli Apostolorum per totum orbem, ubicunque locorum legatione fungebantur.

Ut quilibet Apostolus superavit quamlibet Ecclesiam amplitudine potestatis, & assistentiâ spiritus; sic omnes Apostoli muneribus suis fungendis superaverunt Ecclesias universas functim, si non amplitudine potestatis saltem infallibili assistentiâ spiritus.

Quicquid potest Ecclesia particularis quoad exercitium potestatis clavium, hoc idem potuit Apostolus; non tamen è converso, quicquid potuit Apostolus, potest Ecclesia particularis; potestas Apostolica major erat congregationali.

Proinde an infantes quorum parentes proximi

» rimi, solenni & Ecclesiastico hoc fœdere, a-
» licui particulari Ecclesiæ sese non adjun-
» gunt, sive ex negligentiâ, sive ex occasionis
» defectu, sive ex conscientiæ scrupulo su-
» per hoc fœdere suscepto, in Ecclesiâ non
» sint baptizandi, sed ut extranei fœderis,
» Baptismi incapaces, privilegiorum Eccle-
» siæ expertes æstimandi.

Infantes, quorum parentes proximi so-
lenni & Ecclesiastico hoc fœdere, alicui par-
ticulari Ecclesiæ sese non adjungunt, sive ex
negligentiâ, sive ex occasionis defectu, sive
ex Conscientiæ scrupulo super hoc fœdere
suscipiendo; si sint simpliciter infantes non-
membrorum, ita ut nullo modo nobis con-
stare possit eos habendos esse pro filiis, &
consequenter membris Ecclesiæ: non sunt
baptizandi, sed ut extranei fœderis, Baptismi
incapaces, & privilegiorum Ecclesiæ exper-
tes sunt æstimandi propter argumenta mo-
do proposita.

Enimvero hîc loci non immerito quæritur,
an sanctitas fœderalis parentum proximo-
rum sit unicum medium ordinarium derivandi
filiorum membrorum & consequenter jus ad
Baptismum in infantes: an vero non aliqui
infantes proximis parentibus non-membris
non obstantibus, virtute alterius medii or-
dinarii, Ecclesiastice sancti, ac proinde mem-
bra Ecclesiæ meritò censeri & possint, &
debeant?

Ex. gr. Si infans modo aliquo legitimo in
possessum Ecclesiæ transierit, vel filius ad-
optivus membri Ecclesiæ fuerit, vel in tute-

lam proparentum, vel alterutrius eorum superstitis, & membri Ecclesiæ ex consensu parentum, vel aliquâ aliâ providentiâ devenerit. Quibus casibus in dubium vocari potest, an ipsa Ecclesia, vel membrum infantem in filiationem adoptionis suscipiens, vel proparens, non sunt habendi loco parentum: ideoque hujusmodi infantes ut filii membrorum adeoque Ecclesiæ censendi? & proinde eodem jure baptizandi quo circumcidebantur infantes vernæ, & emptitii Abrahami, qui non de ejus semine nati sed tantum in illius potestate constituti erant?

Nec stantem à parte affirmativa cogit ἀναντιῤῥήτως locus 1. Cor. 7. 14. Vbi Apostolus dicendo liberos cujusvis parentis fideles (majoribus omnibus Ethnicis) esse sanctos: liberos amborum parentum immediatorum non-membrorum (reliquis omnibus majoribus membris) non negat posse esse sanctos.

Solutionem hujus dubii rem gravem juxta & gratam esse judicamus, ut nec institutorum Christi puritati, nec infantium libertati fraudi simus. Quam quicunque legitimis & justis mediis procedendo præstiterit, nec, ille nosmet nullis partium studiis abreptos, sed veritati comprobatæ addictissimos Deo dante experietur.

Interim sententia nostra summatim ita habetur.

1. Illi solummodo infantes sunt baptizandi, qui sunt filii & consequenter membra Ecclesiæ.

2. Pertinet Baptismus maximè propriè ad illos

illos infantes quorum parentes vel eorum saltem alter est intra Ecclesiam, non exus. 3. Quod ad præsens quæsitum attinet ex occasione responsi ad quæstionem quam in manibus habemus non dissimulandum: nempe utrum sanctitas fœderalis parentum proximorum sit unicum medium ordinarium derivandi Filiationem Ecclesiasticam in liberos? opportunior forsitan ejusce disputationi dabitur locus: interim de eo nihil non dictum volumus sine variarum Theologorum in hoc puncto sententiarum, & ulterioris disquisitionis præjudicio.

CAPUT III.

De Ecclesia particulari seu instituta.

Quæstio.

An externa Ecclesia quæ in sacris literis ut spiritualis politia & domus Dei describitur illis limitibus jure divino constringatur ut necessariò ordinario uno loco conuenire possit, & convenire debeat, ad publicum Dei cultum celebrandum, ita ut illius Ecclesiæ constitutio, quæ uno in loco ordinario ad cultum Dei celebrandum convenire nequeat (ob suam multitudinem) sit illegitima & pugnans cum jure divino & institutione Apostolicâ de essentiâ & constitutione Ecclesiæ in sacris descripta?

Resp. Externa Ecclesiæ quæ in sacris literis ut spiritualis politia, & domus Dei describitur, illis limitibus jure divino constringitur, ut necessariò, ordinario usu loco contineri possit, & convenire debeat, ad publicum Dei cultum celebrandum, ita ut illius Ecclesiæ constitutio, quæ unò in loco ordinario ad cultum Dei celebrandum convenire nequeat (ob suam multitudinem) sit illegitima, & pugnans cum jure divino, & institutione Apostolicâ, de constitutione Ecclesiæ (non tamen quoad ejus essentiam, sed quoad adjunctum numerositatis) in sacris descriptâ.

Probabitur responsum sequentibus.

Argum. 1. Si cultus Ecclesiæ talis sit ut non possit commodè exerceri nisi à cœtu in unum locum congregato; tum constitutio Ecclesiæ numerosioris, quæ ut in unum locum coire possit, est illegitima, & pugnans cum institutione Apostolicâ.

At cultus Ecclesiæ talis est:

Probatur minor,

Quia actus cultus Ecclesiastici sunt plus communicatis immediatè, h. e. personis transeundi; sunt actus communicati quia Ecclesiastici; sunt immediatè peragendi, quia cultus.

Argum. 2. Quod inconvenit communicatis Ecclesiasticæ, & ædificationi, communicatis ipsi, est illegitimum, & pugnans cum institutione Apostolicâ 1. Cor. 14. 26.

At numerositas Ecclesiæ, incepit convenire eodem loco, inconvenit communicatis

Eccle-

Ecclesiasticæ, & ædificationi communionis sini: *Ergo*,

Inconvenit communioni, quia membra non possunt coire ad ea officia celebranda, ubi convenire debent; ut constabit argumento proximo.

Inconvenit ædificationi, quia integra media ædificationis non possunt haberi nisi in tali congregatione, quæ simul coalescere queat, res ipsa loquitur. In prædicatione verbi, quando vox Pastoris non potest satis ad utilitatem percipi, præ multitudine, in administratione Censuræ, quando omnes quorum interest, non possunt adesse, ut audiant, judicent, suffragia ferant: & pro re natâ, vel instituant, vel instituantur: admoneant, vel admoneantur. Idem fit in aliis, sed parcatur lectori.

Argum. 3. Si constitutio Ecclesiarum Apostolicarum talis fuerit, ut ordinariò in unum locum ad cultum Dei celebrandum convenire potuerint, tum contraria constitutio est illegitima, & pugnat cum institutione Apostolica.

At constitutio Ecclesiarum Apostolicarum talis fuit. *Ergo*.

Probatur minor.

1. Ab exemplis Ecclesiæ Antiochianæ Act. 14. 27. Corinthiacæ 1. Cor. 14. 23. Hierosolymitanæ. Act. 1. 44.

Omnes autem qui credebant erant ἐπὶ τὸ αὐτὸ eodem loci, Beza, Piscator simul, Tremell. nec potest contrarium de ullâ demonstrari. *Ergo*.

Potuit Ecclesia Hierosolymitana quæ fertur

inter omnes in Scripturâ memoratas numerosissima, non obstante multitudine in unum locum coire. *Ergo* potuere omnes.

Erat turba capitum Ecclesiæ Hierosolymitanæ quasi centum & viginti. Actor. 1. 15. his additæ sunt animæ quasi ter mille; postea factus est numerus virorum quasi quinquies mille. Act. 4. 4. sive iste numerus plenarius de novo accedebat, uti Aretius; sive quod numerus priori jam additus, eum auxit usque ad numerum quinque millium. q. d. numerus Credentium hac novâ accessione factus est quasi quinquies mille, qui antea erat tantùm ter mille, uti Calvinus, & alii: quomodocunque intelligitur ἅπαντες erant concorditèr in porticu Solomonis, *ergo* in eodem loco. Actor. 5. 12. huic numerosæ Ecclesiæ adjiciebantur multitudines virorum, simul ac mulierum v. 14. adeò ut per eos dies multiplicarentur discipuli Ecclesiæ Hierosolymitanæ Actor. 6. 1. sed non ad tantam numerositatem unde præ multitudine in unum locum congregari non potuit. Advocata enim est multitudo discipulorum ad electionem Diaconorum v. 2. porro multiplicatum valdè discipulorum numerum Hierosolymis invenimus v. 7. sed ad incapacitatem conventus eodem loci, multiplicatum invenimus nusquam, nec videtur hæc Ecclesia posthac numero notabili aucta fuisse, propter gravem ejus dispersionem ratione magnæ persecutionis statim ortam Act. 8. 1.

Quicquid sit, non-Congregationalem nullibi observamus. Congregationalem iterùm legi-

legimus Actori 21. 22. Omnino oportet convenire multitudinem: quæ multitudo sive notat Ecclesiam quod verisimilius, sive μυριάδας Iudæorum de quibus v. 20. in idem recidet; si enim tot μυριάδες potuerant convenire; potuit & Ecclesia, eis numero longè inferior.

Summa: Quantum ex Scripturis colligere datur, Ecclesia Hierosolymitana in plurimis locis congregationalis, in nullo non congregationalis habetur. Fuit numerosa valdè, congregationalis tamen.

2. Praxi Ecclesiasticâ temporum Apostolicorum in cultu, & actibus Ecclesiasticis celebrandis. Quando Cœna celebranda erat, dicitur Eclesia convenire ἐπὶ τὸ αὐτὸ eodem loci. 1. Cor. 11. 20. ad verbum, in idem; quem loquendi modum observat Beza ex Senecâ; cum convenitis ad edendum, alius alium expectate. v. 33. Beza in Act. 1. 15.

Ad verbum audiendum, tota Ecclesia convenit ἐπὶ τὸ αὐτὸ. 1. Cor. 11. 23. in administratione censuræ, congregatur Ecclesia. 1. Cor. 5. 4. judicavi ut vobis congregatis ejusmodi homo tradatur Satanæ.

Ad electionem Diaconorum advocata est multitudo discipulorum. Actor. 6. 2. Major ratio congregandi multitudinem in electione Presbyterorum. Conferatur Actor. 14. Legati mittuntur à totâ Ecclesiâ Hierosolymitanâ congregatâ Actor. 15. 22. 25.

Objectio. Actor. 21. 20. 22. Dicuntur fuisse μυριάδες Iudæorum credentium. At μυριάδες

non

non potuerunt convenire in congregationem unam.

Resp. Μυριάδες hæ dicuntur credentes, non dicuntur Ecclesia instituta Christiana.

2. Fuere credentes, qui non fuere membra alicujus Ecclesiæ Christianæ.

3. Quamvis hi credentes essent in Ecclesiâ Christianâ institutâ, potuerunt esse membra alterius Ecclesiæ, tametsi essent Hierosolymis.

4. Dato Μυριάδας hasce fuisse membra Ecclesiæ Hierosolymitanæ, non necessario sequitur eas in unum cœtum coire non potuisse: Myriades conveniebant ad audiendum Christum. Luc. 12. 1.

Optime respondetur fuisse tempus Penticostes aut alterius festi solennis, cujus celebratio adhuc in usu erat apud Iudæos. Ejus gratia μυριάδες confluxisse solenne fuit. Præsertim eorum qui zelo legis intempestivo accensi erant, quales hos fuisse legimus.

Zuing. explan. Act. 8. Ecclesia visibilis est quæque particularis congregatio in unum locum confluens ad Deum colendum, quam Græci παροικίαν vocant. De quo loquitur salvator Matth. 18. & Apostolus 1. Cor. 11.

Nulla Ecclesia Deo placere potest quæ adeò diffusa est ut unum in locum ad sanctificandum diem Dominicum convenire non posset.

Zanch. tract. Parkero.

Ecclesia particularis quæ in unum cœtum coire potest propriè loquendo Ecclesia illa sola visibilis est quam & Scriptura & reliqui scriptores agnoscunt, quæ latius extenduntur

Park. pol. l. 3. cap. 18. sect. 2.

tur propriè loquendo Ecclesiæ visibiles non sunt. *Amos. med. lib. 1. cap. 39.*

Ecclesia visibilis instituta est unius congregationis cujus membra inter se combinantur & ordinariò conveniunt uno in loco ad publicum religionis exercitium.

An nulla sit Ecclesia ut vocant repræ„sentativa, quæ vel particularis Eccle„siæ communitatem repræsentet, vel mul„tarum Ecclesiarum communitatem expri„mat, & earum negotia exequitur jure Dei?

Si Ecclesia repræsentativa sumitur pro mutua consultatione, consociatione & confœderatione Ecclesiarum particularium, in Synodis per legatos novâ Ecclesiæ formâ non additâ, & libertate Ecclesiæ salvâ, rem agnoscimus: Phraseologiam, utcunque pientissimorum juxta ac doctissimorum perverso usu celebrem ὑποτυπωσεῖς ὑγιαινόντων λόγων magis conformem, submissè & religiosè exoptamus. Sin per Ecclesiam repræsentativam intelligitur Ecclesia talis propriè dicta, h. e. Ecclesia virtualis, vice-Ecclesia Ecclesiam repræsentatam subjectivè repræsentans, atque adeò vi delegationis habens potestatem earum negotia exequendi jure Dei: hoc sensu simplicitèr negamus Ecclesiam repræsentativam.

1. Quia ipsa Ecclesia cum sit delegata, si ita loqui liceat, nequit delegare, juxta illud delegatus non potest facere delegatum: eadem ratio delegatæ in ordine ad delegatum sive delegatam.

2. Quia negotia Ecclesiæ sunt merè ministe-

nisterialia, ideoque incapacia actuationis repræsentativæ.

3. Quia plurima & præcipua negotia Ecclesiæ sunt res cultus; Deus autem non potest coli repræsentativè aut per deputationem; unus non potest credere in Deum, per vel propter alium, ita nec potest colere Deum per vel propter alium; cultus repræsentativus non est admittendus; adde si daretur Ecclesia repræsentativa, illa constans ex legatis ab Ecclesiis particularibus missis, minor esset Ecclesiis mittentibus. Ioh. 13. 16. quod tamen negatur à defensoribus Ecclesiæ repræsentativæ.

Sequeretur etiam hanc Ecclesiam repræsentativam, quia repræsentativa, non esse πρότερον φύσει: repræsentativum est repræsentato secundum; implicat esse prius, & esse repræsentativum, quod tamen & ab ejusdem defensoribus affirmatur.

Objectio 1. Petrus repræsentavit Ecclesiam. Matth. 16. 19. *Ergo.*

Resp. Repræsentavit Ecclesiam ex institutione sive deputatione dominicâ Christi, qui habet absolutam potestatem suorum institutorum: non ex institutione, seu deputatione Ecclesiæ, quæ habet tantum potestatem ministerialem & deputatam.

Objectio 2. Thomas ex Ecclesiæ in statu inorganico declarans sententiam Ecclesiæ, repræsentat Ecclesiam. *Ergo.*

Resp. Aliud est nudè declarare placitum Ecclesiæ, aliud Ecclesiasticè sustinere personam Ecclesiæ, quod est repræsentare. Tho-

mas

mus declarat ſententiam Eccleſiæ non Eccleſiaſticè h.e. formaliter vel judicialiter ſed merè hiſtoricè; non in nomine Eccleſiæ fert ejus ſententiam, ſed ex inſtituto Eccleſiæ declarat ſententiam jam latam.

Si Thomas in ſententiâ declarandâ aberret à mente Eccleſiæ, tali errore Eccleſia non tenetur; teneretur autem ſi eſſet Eccleſia repræſentativa.

Si nudè declarare ſit repræſentare, tùm Eccleſia ſententiam vel placitum ſuum per literas aut ſilentium ſignificante, literæ & ſilentium eſſent Eccleſia repræſentativa.

Obj. 3. Thomas Presbyter ferens ſententiam Eccleſiaſticè, & formaliter: repræſentat vel Eccleſiam, vel Presbyterium; utrumvis dicatur, eſt actus repræſentativus.

Reſp. Thomas in rectâ adminiſtratione ſententiam excommunicationis Eccleſiaſticè pronuncians, neque agit nomine Eccleſiæ, neque Presbyterii. *Ergo*, Ejuſmodi actus non eſt repræſentativus, ſed actus proprii officii, nec ab Eccleſia, nec à reliquo Presbyterio ſed à Chriſto immediatè ſuſcepti.

Obj. 4. Thomas concionatur vice Iohannis. *ergo* ſunt repreſentativa Sacra.

Reſp. Thomas ſupplet locum, non ſuſtinet perſonam Iohannis.

Aliud eſt agere loco alterius, ſcil. quando Thomas concionem habet pro Iohanne: tunc enim licet Thomas concionatur pro Iohanne, Iohannes tamen non concionatur per Thomam.

Aliud

Aliud agere vice alterius ſc. quando vi alter cujus nomine agimus, agit per nos mediatè: ſic cum Paulus concionem habet vice Chriſti. 2. Cor. 5. 19. Chriſtus concionatur per Paulum.

Membr. 1. An duplex ſit communio ſpiritualis, Eccleſiaſtica propriè dicta, & religioſa latius patens; Eccleſiaſtica ſolummodo ſit colenda cum eis qui ejuſdem Eccleſiæ particularis nobiſcum membra ſunt: religioſa, cum omnibus Chriſtianis, ſive particulari alicui Eccleſiæ junctis, ſive non?

Membr. 2. Et quod Eccleſiaſtica communio conſiſtat in illis privilegiis, & inſtitutis, quæ illi particulari Eccleſiæ ſunt propria, & peculiaria: ut ſint admiſſio membrorum in ſuam ſocietatem Eccleſiaſticam particularem, mutua membrorum inſpectio, & cura inter ſe, admonitionis cenſura, excommunicatio, excommunicati reconciliatio, ſacramentorum adminiſtratio, Paſtorum & Rectorum vocatio, & vocatorum καθαίρεσις?

Membr. 3. Et quod hujus Eccleſiaſticæ communionis officia exercenda ſint ſolummodo inter eiuſdem particularis Eccleſiæ membra, exclusis omnibus alterius particularis Eccleſiæ membris, ita ut nec Paſtor, nec membrum hujus particularis Eccleſiæ particeps eſſe poſſit horum officiorum in alterâ Eccleſiâ particulari?

Membr. 4. Et ſi poſſit, quod medio privilegia & inſtituta communionis Eccleſiaſticæ hujus Eccleſiæ particularis, derivenrur ad membra

„membra seu Rectores alterius Ecclesiæ par„ticularis?

Memb. 5. Ast quod communio religiosa „consistat in hisce officiis, & institutis, verbi „nempe prædicatione, auditione, lectione, „precibus, psalmodiis, catechizationibus, „& benedictionibus publicè in Ecclesiastico „conventu per Ecclesiæ Rectores, sive alia „Ecclesiæ membra factis, quæ cum omni„bus Christianis sunt exercenda, quæque „omnibus sunt permittenda.

Resp. Pro simplici, & distincta solutione quinque horum membrorum quæstionis, pauca prænotanda sunt observanda; deinde responsa membratim applicanda.

Præcog. 1. Communio spiritualis est duplex; vel Christiana meræ, vel Ecclesiastica. Ecclesiastica est vel propria, qualibet Ecclesiæ particulari definita: vel communis, aliis Ecclesiis communicabilis.

Præcog. 2. Communio spiritualis Christiana meræ, constat in omnibus spiritualibus, sive sint cultus, sive alia immediatè sacra, Ecclesiæ non propria: nempe verbi prædicatione, auditione, lectione, precibus, psalmodiis, Catechizationibus, & benedictionibus publicis &c.

Communio Ecclesiastica propria, consistit in eis quæ cuilibet Ecclesiæ particulari incommunicabiliter approximantur: nimirum admissione, dimissione membrorum, vocatione ministrorum, jurisdictione. Communicatio priorum cum aliis Ecclesiis, libertatem: posteriorum, summitatem Ecclesiæ particularis tollit.

Commu-

Communio Ecclesiastica communis, constat in cultu & sacris Ecclesiasticis incommunicalibus non membris, quia Ecclesiastica; communicabilibus verò membris aliarum Ecclesiarum, quia Ecclesiastica communio: hujusmodi sunt, administratio Sacramentorum, communio consiliorum per legatos in Synodis, occasionalis membrorum commendatio inspectioni temporariæ alterius Ecclesiæ, admonitio &c. et quicquid Ecclesiastici non repugnat vel libertati Ecclesiæ particularis, vel non dicit jurisdictionem unius Ecclesiæ super aliam.

Prosog. 3. Unio Ecclesiastica est vel propria, vel communis; propria est ipsissima forma Ecclesiæ particularis; huic innititur communio membrorum inter se: communis quâ uniuntur omnes Ecclesiæ, estque triplex.

1. Vniuntur politicè sub eodem capite Christo.

2. Vniuntur eâdem formâ politiæ & cultus.

3. Vniuntur relatione sororum politicarum, & hac unione communi fundatur communio Ecclesiarum inter se.

Prosog. 4. Distinguenda est differentia modi communicationis, ab indifferentiâ respectu materiæ communicatæ, eadem sacra, & eædem partes cultus Christiani communicantur non-membris & membris, item membris cum propriæ tum alterius Ecclesiæ, sed modo non eodem.

Ex. gr. Modus communicandi in Ecclesiâ eandem

eandem partem cultus Christiani, puta prædicationem verbi, non membris, & membris, non est idem; quippe hisce est Ecclesiasticus respectu administrandi, & recipientis: illis licet daretur esse Ecclesiasticus ex parte administrandi, tamen non est Ecclesiasticus ex parte recipientis.

Modus communicandi eosdem actus cultus Ecclesiastici communibus membris propriæ, & alterius Ecclesiæ, non est idem; hic est occasionalis, illis constans, his voluntarius dependens ex consensu mutuo, illis necessarius, & independens, adeò ut Ecclesia spiritualibus pœnis possit cogere renuentes; hisce, vi relationis Ecclesiasticæ communis; illis vi propriæ. Ecclesia hæc particularis habet potestatem, in rebus privilegii, circa, non authoritatem in rebus jurisdictionis, supra membra aliarum Ecclesiarum particularium.

His præfatis, dicimus,

Ad Membrum primum.

Communicatio spiritualis est duplex; vel Christiana meræ; vel Ecclesiastica; Ecclesiastica est communis, vel propria cuilibet Ecclesiæ particulari.

Christiana, colenda cum omnibus Christianis, sive membris, sive non-membris; Ecclesiastica communis, cum omnibus Ecclesiis, & Ecclesiarum membris; Ecclesiastica propria, solummodo cum membris ejusdem Ecclesiæ.

Ad secundum.

Ecclesiastica communio non communis,

sed propria; juxta mentem primi, secundi, & quarti præcogniti: consistit in illis officiis, privilegiis, & institutis, quæ illi particulari Ecclesiæ sunt propria, & particularia; ut sunt admissio membrorum in suam societatem & Ecclesiam particularem, mutua membrorum inspectio, & cura membrorum inter se, admonitionis Censura, Excommunicatio, Excommunicati reconciliatio, sacramentorum administratio, Pastorum & Rectorum vocatio, & vocatorum Ordinatio.

Ad tertium,

Hujus Ecclesiasticæ communionis in quantum intelligitur de communione propriâ, officia exercenda sunt solummodo inter ejusdem particularis Ecclesiæ membra, exclusis omnibus alterius particularis Ecclesiæ membris, ita ut nec Pastor nec membrum hujus particularis Ecclesiæ particeps esse possit horum officiorum in alterâ Ecclesiâ particulari. In quantum autem τὸ hujus Ecclesiasticæ communionis notat communionem Ecclesiasticam communem, de quâ primo & secundo præcognito, eatenus ejus officia non sunt exercenda solummodo inter ejusdem particularis Ecclesiæ membra, sed communicanda pro occasione pastoribus, & membris aliarum Ecclesiarum: ut supra in præcognitis.

Ad quartum,

Privilegia & instituta communionis Ecclesiasticæ communis (ex illis enim solummodo pastoribus & membris aliarum Ecclesi-

arum

tum participare licet) hujus Ecclesiæ particularis, derivantur ad membra seu Rectores aliarum Ecclesiæ particularis, medio unionis communis Ecclesiarum: de quo in præcognito tertio. Cum enim omnis communio supponit unionem, & respondet unioni à quâ profluit, quemadmodum communio propria fluit ab unione propriâ, ita communio communis fluit ab unione communi.

Dari autem aliquam Communionem Ecclesiarum, probatur,

1. Ab unione; Vbi est unio Ecclesiastica, ibi est communio;

At inter Ecclesias datur unio, patet ex præcognito tertio, *Ergo*.

A Comparatis; Si Ecclesiæ habentse ut sorores politicæ, tum quamvis sunt incapaces jurisdictionis, quia non sunt parentes; datur tamen inter illas communio, quia sunt sorores.

Si possunt negare aliquam communionem, possunt dare.

At in casu contumaciæ possunt denegare communionem. *Ergo*.

Quia communio Ecclesiarum, est membrum communionis sanctorum, quæ est articulus symboli.

Ex Scriptura, Phœben Cenchreis ad Romam negotiorum causâ profectam, in Domino exceptam, atque ibi commoratam cum Ecclesiâ quæ fuit Romæ, in cœnâ communicasse quis dubitare potest? Idem judicium de fratribus Antiochenis Hierosolymam missis habemus.

Rom. 16. 1.

Ad quintum.

Communio religiosa, h.e, Christiana inter, consistit in hisce officiis, & institutis verbi, nempe prædicatione, auditione, lectione, precibus, Psalmodiis, Catechizationibus, & benedictionibus publicis, in Ecclesiastico conventu, per Ecclesiæ Rectores, sive alia Ecclesiæ membra factis, quæ cum omnibus Christianis sunt exercenda, quæque omnibus sunt permittenda; veruntamen nihil hinc conficitur vel contra distinctionem institutorum Christianorum non Ecclesiasticorum ab Ecclesiasticis propriis, de quibus in 1. & 2. prænognito; nec contra dispensationem ejusdem instituti, modo non eodem, de quâ Prænognito quarto.

„ An nullum Ecclesiæ membrum ex Ecclesiâ particulari dimitti possit debito ad aliam „ Ecclesiam, nisi post causarum discessus ejus „ examen accuratum, ab Ecclesiâ institutum, „ & expressum illius Ecclesiæ consensum; & „ si absque ejusmodi examine, & consensu „ discedat quispiam, is fœdus cum Deo & „ Ecclesiâ impiè frangat?

Causæ privatæ & extraordinariæ à communi lege sunt eximendæ; postulat ἐυταξία, ut in causis ordinariis, & publici juris, nullum membrum discedat, nisi Ecclesiâ consultâ, ubi opus fuerit; sin minus, conscia, & consentiente; modo commodè fieri potest.

1. Quia inspectionem viarum cujusliber membri, Ecclesia sibi commissam habet.

2. Quia quodvis membrum non est propriæ potestatis, sed communitatis.

Si sit in potestate, unius membri privati sententiâ

sententiâ discedere, num in potestate cujusvis, & consequenter totum corpus privatis arbitriis membratim solveretur, quod repugnat legi societatis, & obligationi Presbyterii erga gregem, quod solutâ Ecclesiâ necessariò solvitur.

4. Quia ejusdem est dimittere cujus est admittere, sc. communitatis. Qui per se non potuit accedere ad Ecclesiam, nec per se potest discedere ab Ecclesiâ.

Quia ordo postulat ut non nisi mediante dimissione transitus fiat ab hac in aliam Ecclesiam, quod causâ penitus incognitâ fide & precibus fieri non potest.

Quia injurium esset Ecclesiæ, ut & cuilibet societati politicæ, privari membro proprio, Coloss. 2. 12 Tit. 3. 14. & utili, 1 Cor. 12. 21. causâ nullâ datâ.

Qui posthabita hac ἐνταξίᾳ ab Ecclesiâ particulari discedit, ille peccat in fœdus Ecclesiasticum quatenus in eo ineundo ad ἐνταξίαν observandam sese obligavit.

Dimissionem propter causas justas sive spirituales, sive temporales expetentibus, Ecclesiæ protinus annuere debent, eos epistolis commendatitiis, & precibus commendantes, prout personis & causis convenit.

In causis levioribus, forsitan nullis, tantummodo placet discedere in aliam Ecclesiam, si consiliis sanioribus istiusmodi membra non acquieverint; etiam ut discessus eorum documentis salubribus instructorum permittatur, præstare judicamus; nisi in causa gravis incommodi, vel peccati manifesti.

Si aliquis illicita detentione Ecclesiæ nimis gravetur, alias mediis frustra tentatis, commune remedium concilii vicinarum Ecclesiarum, contra injurias alicujus particularis Ecclesiæ, est adhibendum.

CAP. IV.

De Ministerio, & potestate Ecclesiastica.

Quæstio.

AN Ecclesiæ membris omnibus seu multitudini, tanquam primo, proprio, & immediato subjecto à Christo tradita sit omnis potestas Ecclesiastica, seu potestas Clavium?

Præstruenda est distinctio subjecti primi, & explicatio aliqua potestatis Clavium.

Resp. Subjectum primum potestatis Clavium est vel summum, nimirum Christus habens regnum absolutum donativum; vel Ministeriale.

Subjectum primum Ministeriale, est vel extraordinarium, nempe Apostoli; quorum fuit missio duplex, Specialis, ad Judæos solos Matth. 10. vel universalis, ad omnem mundum, Ioh. 20. 21. vel ordinarium, scil. fraternitas; de hoc agitur Matth. 16. 19. & cap. 18. 17.

Per potestatem Clavium non tantum potestatem Presbyterialem, sed etiam potestatem fraternam

stratriam, nimirum universum cultum Ecclesiasticum institutum intelligimus.

Quicquid ex instituto Christi inservit Ecclesiasticæ aperturæ & clausuræ regni cælorum, id intelligitur per claves.

At cultus Ecclesiasticus institutus ex Christi instituto, inservit, & tantum inservit fini dicto. *Ergo.*

Nomine Clavium significatur Omnia potestas Ecclesiastica. *Suppl. Cham. lib. 4. cap. 4.*

Suo modo omnis spiritualis potestas in quocunque sit homine, comprehenditur nomine Clavis, seu Clavium: juxta illud, Matth. 18. & Ioh. 20. quibus præmissis asserimus. *Estius, lib. 4. dist. 18. §. 1.*

Multitudini fratrum, hæc fraternitati confœderatæ, tanquam primo, proprio, & immediato subjecto ordinario, à Christo traditam esse omnem potestatem Ecclesiasticam, seu potestatem ministerialem Clavium, *Probatur.*

Si percurrenti totam potestatem Clavium constat ex Scripturâ universum exercitium ordinarium potestatis Clavium vel immediatè, vel mediatè fluere à fraternitate confœderatâ, nec ab ullo alio subjecto, tùm fraternitas confœderata est primum subjectum potestatis Clavium.

At verum prius. *Ergo.*

Vniversum exercitium Ecclesiasticum potestatis Clavium est vel non-Presbyteriale, vel Presbyteriale.

Non-Presbyteriale exercetur immediatè à fraternitate.

Presbyteriale mediatè à Presbyteris qui

creantur interventu Ecclesiæ. i. e. fraternitatis, Actor 14. 23.

Tantùm abest ut quid officiarii transigatur in Ecclesiâ, fraternitate non aliquo modo mediante, ut etiam Diaconi quibus potestas Clavium non est commissa, sed quorum est curare mensas domini, Ministrorum, & pauperum, unà cum reliquis præsenti vitæ necessariis, à multitudine eliguntur, Act. 6.

Vel fraternitas confœderata est πρῶτον δεκτικὸν ordinarium ministerialis potestatis Clavium, vel Apostoli, vel universi fideles Militantes quà professionem fidei personalem simplicitèr exhibentes, vel Presbyteri Ordinarii.

At non Apostoli.

1. Qui Apostoli fuère πρῶτον δεκτικὸν extraordinarium potestatis Clavium. Hic diligentèr notandum subjectum primum duplex esse, extraordinarium scil. Apostolum, cui dabatur potestas Clavium extraordinaria cum missione speciali, Matth. 10. universali, Iohan. 20. 22. Ordinarium, scil. Ecclesiasticæ fraternitatis cui datur potestas Clavium ordinaria, Matth. 16. 19. & Matth. 18. 17. hisce autem locis agi de subjecto ordinario videtur.

1. Potestas de quâ agitur Matth. 16. est potestas ordinaria. Ergo, subjectum est ordinarium: Ex relatione, & congruentiâ inter naturam subjecti, & adjuncti.

2. Τὸ tibi, Matth. 16. 19. idem est cum τὸ ἐκκλησίᾳ, Matth. 18. 17.

At τὸ ἐκκλησίᾳ significat subjectum ordinarium.

3. Sub-

5. Subjectum extraordinarium cum potestate extraordinaria satis docetur, Math. 10. Marc. 3. Luc. 6. respectu missionis specialis, scil. ad Judæos solos. & Joh. 20. 21. respectu missionis universalis, in totum orbem. Optimo jure censendum ergo subjectum ordinarium potestatis ordinariæ alicubi à Christo doceri, ac nullibi nisi in istis locis saltem tectè. Praxis equidem partium Clavium reperitur in Actis, & Epistolis, sed ab aliis, non à Christo & apostolis, non institutio.

Quibus non est successum, illi fuere subjectum extraordinarium.

At Apostolis non est successum. *Ergo.* *Chamier. de cath. pont. l. 13. c. 3.*

Munus Apostolorum fuit extraordinarium, & proinde non transiens in posteros.

Si Petrus ut Apostolus fuit Pastor ordinarius, tum extraordinarius & ordinarius pastor unum & idem sonant. *Bellarm. tom. 1. lib. 3. c. 1. §. 10.*

Apostolatus functio fuit personalis & extraordinaria quæ in hæredes non transit. *Ius. cont. 3. lib. 1. cap. 9.*

Apostolatum in successorem transisse falsum est. ibid.

Apostoli habent successores ratione temporis, non ratione muneris.

Non universi fideles militantes quâ professionem fidei personalem, non fœderalem simpliciter exhibentes.

Ubi non est Ecclesia politicè instituta, ibi non est subjectum ordinarium potestatis Clavium.

At ubi est tantum professio personalis, & non fœderalis, ibi non est Ecclesia. *Ergo.*

Quæ

Quia professio fœderalis, sive conjunctio fœderata est forma Ecclesiæ.

Hic recurrunt argumenta de formâ Ecclesiæ, suprà in quæstione de fœdere Ecclesiastico.

Pol. eccl. lib. 3. cap. 18. Accedit Parkerus Chamlero dicenti Ecclesiam totam militantem nihil esse per se subsistens, sed aliquid νοητὸν.

Habetur apud scriptores inquit Parkerus, Ecclesia universalis visibilis, sed nomine tenùs tantùm, & prædicatione Logicâ, & intentionali.

Superstitio secundi generis est in humanis Ecclesiæ formis, quales sunt Ecclesiæ visibilitèr, integralitèr, & organicè Oecumenicæ.

Amos. med. l. 2. c. 13. & l. 1. c. 39. th. 22.

Quod est incapax exercendi potestatem Clavium non potest esse subjectum ordinarium potestatis Clavium.

At universitas visibilium fidelium militantium ut sic, est incapax exercendi potestatem Clavium. *Ergo.*

Detur instantia in aliquâ parte Clavium, quæ ad ædificationem exerceri potest ab hoc Oecumenicâ multitudine.

Neque enim ullus cultus est proprius Ecclesiæ oecumenicæ, qua talis.

Bell. in tom. 1. lib. 3. cap. 1.

Non Presbyteri ordinarii,

Quod non est subjectum primum immediatum, & proprium potestatis Clavium, et ut subjecto primo, immediato, & proprio, potestas clavium non est tradita.

At Presbyteri ordinarii non sunt subjectum primum, immediatum & proprium potestatis Clavium. *Ergo.*

Non primum; Si quidem Ecclesia homo-

genea

genes præcedit Ecclesiam Organicam. Ecclesia præcedit Presbyteros, & naturâ, & tempore, ex lege Presbyterorum Ordinariorum à fraternitate Electivorum; Elector est prior Electo, corpus prius organis, subjectum prius adjuncto.

Fraternitas est subjectum inhærentiæ habitualitèr ejus partis potestatis Clavium quæ ab illa exerceri queat; alterius partis quæ ab eâ exerceri non potest, sed tamen ejus interventu communicatur, subjectum est inherentiæ (potestas enim politica in eo quod adest subjecto per modum instituti, quamvis non per modum qualitatis, aptè dicitur inhærere) non habitualitèr, sed aliquo modo, sive sit eminentèr, sive virtualitèr, sive suppletivè, sive radicalitèr, sive causativè, h.e. per modum collationis instrumentalis; potest enim aliquis solummodo habere potestatem conferendi Claves, qui Claves hujusmodi non habet habitu, vel officio.

Alex. Alm. part. 4. q. 20. m. 5. art. 2.

Vt ut sit, de verbis faciles sumus, ubi de re convenit.

Presbyterium cum nihil aliud est quam multitudo Presbyterorum, eis posterius est: veluti multitudo posterior est individuis, ex quibus colligitur; Presbyteratus est adjunctum Ecclesiæ & pars Clavium. *Ergo* non potest esse subjectum exercitii totius potestatis Clavium.

Non immediatum; quia requiritur ad ἀμεσότητα subjecti, ut adjunctum eri insit per nullum aliud subjectum interveniens. Thomas autem non potest esse subjectum Presbyteratus, h.e. fieri Presbyter, nisi interveniente

alio

alio subjecto, puta fraternitate: qui mediante, recipit designationem personam ad Presbyteratum.

Atque hic imprimis notatu dignum est, ipsos Apostolos amplitudine potestatis vestitos, per suffragia Ecclesiarum, & non aliter in quarum ex sacra pagina constat, creasse Presbyteros; quod si aliter contingeret, tamen necesse est successores ita creatorum, communi lege vocationem suam ab Ecclesiis derivare; siquidem in taliter creatos cum ordinatione per Apostolos, potestas Apostolica non transivit.

Non proprium, Quia requiritur secundum Logicos ad hujusmodi proprium, ut sit reciprocum, ita nimirum ut à tali subjecto totum & universum adjunctum exhauriatur; & ut ad hoc solum subjectum in totâ suâ latitudine sit determinatum, eique sit coæquatum, & adæquatum; adeò ut eo nec sit latius, nec angustius.

At ἕξιν, seu habitudinem hujusmodi universæ potestatis clavium ad Presbyteros, vel Presbyterium, res ipsa respuit, pernegatque.

Hujus tot sunt instantiæ, quot sunt partes clavium, quarum exercitium ad officiarios non pertinet. Cogita electiones officiariorum, admissiones membrorum, Disciplinam, quæ à Presbyterio solo peragi nequeant; Ecclesia inorganica potest exequi magnam partem cultus, & vocare officiarios qui reliquam exequantur. Ecclesia organica potest exercere inter se omnem cultum à Christo institutum, quia

quia est totum, & continet Presbyterium ut partem hujus totius; atqui non potest idem prædicari de Presbyterio, cum sit tantum pars hujus totius.

Ecclesia potest vocare Presbyteros & consequenter Presbyterium.

At Presbyterium non potest constituere Ecclesiam.

Quod non est Ecclesia, non est subjectum primum potestatis clavium;

At Presbyterium non est Ecclesia: cœtus Presbyterio contradistinctus vocatur Ecclesia: Actor. 14. 23. atqui adhuc seriò desideramus, ut edatur locus in N. Testamento ubi Presbyterium vocatur Ecclesia.

Infantes, masculi, adulti, non utentes ratione, etsi sunt fratres, non sunt tamen adeò perfecta membra ut possint actus communionis exercere.

Habent jus in re, sed non ad rem, veluti hæres minorennis sive impos animi.

De sororibus nulla controversia quibus imponitur silentium nec eis permittit Apostolus loqui in publico cœtu, nec usurpare authoritatem in virum 1. Cor 14. 34. 1. Tim. 2. 12.

Apponemus hic loci sententias quorundam magnorum Theologorum (utcunque à nobis in causâ regiminis Ecclesiæ dissentientium) quousque annuentes huic sententiæ fundamentali, Ecclesiam ut à Ministris contradistinctam primum subjectum potestatis Ecclesiasticæ statuenti: lector judicet.

Omnis potestas magis in Ecclesiâ residet quam in Episcopo, ex illo *dic Ecclesiæ.* *Paræus in Matth. 2. 17*

Dic

Piscat. sch. in Mat. 18. 17. Dic Ecclesiæ i. e. Presbyterio judicanti nomine Ecclesiæ.

Fulc. in 1. Cor. 5. 3. Authoritas & ius excommunicationis pertinent ad totam Ecclesiam, licet exercitium pertinet ad Presbyteros.

Willet. Synop. cont. 5. ex. 80. Porrò certum est tribui hic toti Ecclesiæ hoc ius, non Apostolis solùm, nec piis certis, sed omnibus & singulis fidelibus. Dic Ecclesiæ ad omnem cætum pertinet.

Aretius in Matth. 18.

Ium. cont. 3. lib. 1. cap. 12. Claves manent principaliter in manibus Christi, formaliter secundariò in manibus Ecclesiæ, instrumentaliter in manibus Ministrorum.

Zanch. prac. 4. de minist. q. 3. Vt Christus claves dedit toti Ecclesiæ, sic usum clavium in certos qui deliguntur.

Park. pol. lib. 3. cap. 21. Parkerus loquens de temporibus primordialibus ex Magdeburgensium epitomatoribus ita refert, si quis probatos authores hujus seculi perspiciat, videbit formam gubernationis propemodum Democrateias similem.

Panstr. cath. tom. 5. lib. 3. cap. 10. Potestas primariò & essentialiter competit Ecclesiæ, pastoribus autem Ecclesiæ secundariò quia illis confertur per Ecclesiam.

Potestas inest primò & perpetuò Ecclesiæ, Prælatis non nisi per Ecclesiam, ideoque secundariò & instrumentaliter. ibid. cap. 11.

Dixit alicubi Cyprianus Deificam disciplinam per Stephanum turbatam, quando libertatem Ecclesiarum in suis Ministris corrigendis & deponendis præcipere molitus est.

Fox. martyrolog. vol. 1. Docebant Waldenses eos qui audiebant verbum Dei & habebant sanam fidem, esse rectam Ecclesiam Christi, & huic Ecclesiæ claves dandas esse.

Ita

Ita ut fideles qui nullo officio Eccleſiaſtico „gaudent, poſſint immediate per ſe (exclu„ſis etiam Eccleſiæ Rectoribus) exercere „omnem Eccleſiaſticam juriſdictionem, diſ„ciplinam, cultum, & negotia Eccleſiaſtica „exceptis ſolis Sacramentis.

Reſp. Eccleſia eſt vel inorganica, vel organica: negotia Eccleſiæ ſunt vel non presbyterialia, vel presbyterialia; Juriſdictio eſt vel ſtataria, extraordinaria, popularis: vel presbyterialis, ordinaria, ſc. regimen: quibus poſitis, dicimus,

In Eccleſiâ inorganicâ fideles, hoc eſt, fraternitas nullo officio Eccleſiaſtico gaudentes poſſunt immediatè per ſe ſine (non excluſis quia nulli ſunt qui excluderentur (Rectoribus Eccleſiæ, exercere omnem Eccleſiaſticam juriſdictionem popularem, diſciplinam, cultum & negotia Eccleſiaſtica: exceptis ſolis negotiis presbyterialibus, Qualia ſunt

1. Laborare in verbo & doctrinâ per modum officii, h. e. auctoritativè Dei verbum prædicare, explicare, & ad uſus particulares applicare.

2. Adminiſtrare Sacramenta, propria Presbyteris docentibus.

3. Regimen: commune toti Presbyterio.

Ratio hujus reſponſi, conſtabit ſequenti membro quæſtionis.

In Eccleſiâ organicâ fideles h. e. fraternitas nullo officio gaudentes, non poſſunt immediatè per ſe (niſi Rectoribus ob incorrigibilitatem in cauſa malæ adminiſtrationis, vel ob aliud grave delictum clave non Eccleſiaſtica

siasticè errante seclusis) exercere omnem Ecclesiasticam jurisdictionem, disciplinam, cultum, & negotia Ecclesiastica, nedum ullum horum. Ratio responsi nititur ordini divino; unde relatio superioritatis presbyterii seu officii, & subjectio fraternitatis, in domo Dei quæ est Ecclesia Dei vivi.

Vbi sunt προϊστάμενοι καὶ ὑποτασσόμενοι· πομένες καὶ πρόβατα: Apostolus constituendo κυβερνήσεις, docet esse τὰς ἐν ὑποτηγῇ. τὰ προσβυτηρίου sunt 1. prædicatio verbi, per modum officii. 2. Administratio Sacramentorum, pertinentia ad Presbyteros laborantes in verbo, & doctrinâ. 3. Regimen Ecclesiæ spectans ad totum Presbyterium.

Prædicatio Præsbyterorum laborantium in verbo distinguitur à prædicatione fratrum.

1. Prædicant virtute officii h. e. authoritativè & independenter à fraternitate: fratres, ex occasionali vocatione Ecclesiæ.

2. Eorum prædicationi annectitur speciale promissum: Matth. 28.

3. Sine eorum consensu, puta in statu rectæ administrationis non conceditur aliis ut ipsis fratribus in Ecclesiâ prædicare.

4. Eorum consensus sufficit ut Compresbyteri, noti, & probati in Ecclesiis suis conciones habeant.

Regimen Presbyterorum consistit

1. In vocatione cætus Ecclesiastici.

2. In propositione causarum ad Ecclesiam.

3. In

3. In instructione Ecclesiæ de causis.
4. In imitatione agitationis.
5. Regulatione agitationis Ecclesiasticæ,
6. Propositione causarum ad suffragia.
7. Executione sententiæ, nomine Christi, non Ecclesiæ.

Hinc penes Presbyterium manet initiatio, regulatio, ἀπαρίθμημα omnium causarum Ecclesiasticarum, ita ut non obstante toto processu Ecclesiastico præcedaneo etiam usque ad χειροτονίαν, donec fiat executio sententiæ per presbyterium;

Χειροτονία sententiatus est in statu quo prius.

Summa. Processus Ecclesiasticus in Ecclesiâ organicâ est per modum mixtæ administrationis: Presbyterio exercente partes regiminis, fraternitate exercente partes libertatis in rebus libertatis; quales sunt, admissiones, electiones, constitutiones circa decorum, ordinem, & ἀδιάφορα.

Partes judicii in rebus jurisdictionis quales sunt fratrum examinatio, dijudicatio, & sententiatio causæ per modum obedientiæ presbyterio debitæ, 2. Cor. 10. 6. & cap. 2. 9. adeò ut in statu organico nullus actus Ecclesiasticus potest integrari vel à Presbyterio seclusâ fraternitate, vel à fraternitate seclusо Presbyterio.

Ecclesiæ Christianæ neque constituta est Monarchia, neque Aristocratia, neque Democratia, sed Theocratia; addatur si placet Christocratia. *Bellarm. de notat. eccl. lib. 3. cap.*

Proinde an privati fideles, Ecclesiæ mem-

„ bra, potestatem Ecclesiasticam hujusmodi
„ habeant ut possint per se authoritativè
„ membra Ecclesiæ ad communionem Eccle-
„ siasticam admittere, Ecclesiasticâ autho-
„ ritate offendicula patrantes arguere, excom-
„ municatione, & censuris Ecclesiasticis liga-
„ re, ab excommunicatione solvere, & au-
„ thoritativè peccata remittere, authorita-
„ vè Dei verbum prædicare, & explicare, &
„ adusus particulares applicare, imo omnia
„ illa perficere, quæ ad spiritualem Eccleſiæ
„ societatis ædificationem pertinent, solis ex-
„ ceptis Sacramentis?

In Ecclesiâ inorganicâ fraternitas h. e. privati fideles, Ecclesiæ membra potestatem Ecclesiasticam hujusmodi habeant, unde vitute authoritatis extraordinariæ seu popularis, possint per se authoritativè membra Ecclesiæ ad communionem Ecclesiasticam admittere, Ecclesiastica offendicula patrantes arguere, excommunicatione & censuris Ecclesiasticis ligare, ab excommunicatione solvere, & authoritativè peccata remittere; non possunt authoritativè Dei verbum prædicare, & explicare & adusus particulares applicare, possunt tamen omnia illa perficere quæ ad spiritualem Ecclesiasticæ societatis ædificationem pertinent, solis exceptis cum Sacramentis reliquis officiis presbyterialibus, de quibus supra.

Principale autem pertinens ad spiritualem ædificationem ejusmodi inorganicæ ac prædestinatæ imperfectæ, & miseratione intimâ deplorandæ Ecclesiæ, est, ut protinus per suffragia

creantur Presbyteri, quos Dominus Ieſus dedit ad opus Miniſterii, & ædificationem corporis Chriſti. Eph. 4. 12.

In confirmationem hujus partis reſponſi, authoritas Eccleſiaſtica 1. Deſcribenda 2. Diſtinguenda. Deinde authoritatem popularem penes fraternitatem in ſtatu inorganico manere reſtat comprobandum.

Authoritas Eccleſiaſtica eſt politica poteſtas Eccleſiaſticè & ſpiritualiter præcipiendi obedientiam, rata faciendi bona Eccleſiaſtica, & ſpiritualia obſequentibus: punicndi inobedientes pœnis Eccleſiaſticis, & ſpiritualibus, ſed modo vario, pro ſtatu Eccleſiæ inorganico, vel organico, exercita.

Authoritas hæc eſt vel popularis, & extraordinaria, in fraternitate habitualiter, non actualiter ſtatu organico.

Habitualiter & actualiter in ſtatu inorganico; uti authoritas civilis in defectu ordinis eſt apud populum; hæc autem authoritas non eſt regimen:

Vel presbyterialis: & ordinaria; hæc dicitur regimen.

Regimen eſt authoritas ordinata, fixa, formata:

Poteſtas fratria prout una cum presbyteriali in ſtatu organico, adminiſtrationibus Eccleſiaſticis exercetur, ſive à nobis appelletur authoritas, ſive non; appellatur ab Apoſtolo in materia libertatis, poteſtas κύριος. 2. Cor. 2. 8. Vbi Paulus precatur Eccleſiam Corinthiacam, charitatem ſuam in Excom-

Beza in loc. Calvin. contra Rom. in loc. Chamier. tom. 2. l. 10. c. 10.

municato restituendo κυρῶσαι: alludit Paulus inquit Beza, ad judiciorum motem; notat autem τὸ κύριος aliquid authoritativi, & authentici, & plenam actionis cujusque confirmationem: præter quam nihil quæratur.

In materia jurisdictionis appellatur ab eodem potestas κρίσεως. 1. Cor. 5. 12. ὑμεῖς κρίνετε quâ Scripturæ phraseologiâ sanè intellectâ acquiescimus.

Authoritatem popularem in statu inorganico penes Ecclesiam h. e. fraternitatem manere, ita ostenditur.

1. Si Ecclesia h. e. fraternitas est πρῶτον ὑποκείμενον potestatis Ecclesiasticæ, tum veluti ordine nondum instituto in Ecclesiâ residet, ita destructo redit, authoritas popularis ad Ecclesiam sive fraternitatem.

At Ecclesiam sive fraternitatem esse πρῶτον ὑποκείμενον, suprà probatum dedimus. *Ergo*,

Apparet consequentia ex notione, & ratione subjecti primi.

Hic quam maximè valent axiomata.

1. Standum in primo.

2. Ex quibus principiis res primò componuntur, in ea ultimò resolvuntur.

3. Supremum redit ad fraternitatem ex lege circuli in politiis, unde si authoritas popularis sit primum, etiam ordine deficient sit supremum, quum circulus in eo puncto ex quo incipit, desinat.

2. Ex perfectione politiæ Ecclesiasticæ; aliter politia Ecclesiæ non esset perfecta & integra, liquet ex analogiâ cum politiis perfectis

sectis civilibus, ubi ordine deficiente suprema redit ad populum.

3. Aliter Ecclesia destituitur sufficiente provisione mediorum in suum finem & salutem tocius.

Vel authoritas Ecclesiastica collapso ordine est penes fraternitatem, vel dicendum Ecclesiam tùm distitui necessario medio adversus membra incorrigibilia in statu inorganico, Et adversus Presbyteros incorrigibiles in casu malæ administrationis, statu organico; dicendum etiam talia membra, & tales Presbyteros non posse excommunicari:

Vel Concilium non-Ecclesiam posse excommunicare:

Vel necessariò advocandos esse Presbyteros aliarum Ecclesiarum, ad sententiam exequendam: quod postremum repugnat summitati Ecclesiarum particularium, item interpretativè dicit membra unius Ecclesiæ, & consequenter totam Ecclesiam ex consensu posse subjici jurisdictioni aliarum Ecclesiarum.

At neutrum horum dicendum, *Ergo*.

Fraternitatem in Ecclesiâ homogeneâ posse authoritativè admittere & excommunicare, probatur ordine, & per partes.

1. Potest fraternitas admittere.

Cœtus fratrum adhuc non Ecclesia, adeòq; quid minus Ecclesiâ, possunt coalescere, & coalescendo constituere Ecclesiam. *Ergo* Ecclesia constituta adhuc inorganica, potest admittere, & constituere membra. Argumentum procedit à minori ad majus; non-Ecclesia, ideoque quid minus Ecclesiâ potest

constituere totum, puta Ecclesiam? *Ergo* vi totum, nimirum Ecclesia, potest constituere partem, puta membrum.

Si Ecclesia inorganica potest membra authoritativè admittere: potest etiam & membra lapsa pœnitentiâ restituere.

Potest autem authoritativè admittere, quis potest adeò admittere ut nihil amplius vel ad admissionem, vel ad admissionis confirmationem requiratur.

Ecclesia Homogenea habet potestatem vocationis, & depositionis Presbyterorum; quid ni haberet potestatem admissionis & excommunicationis membrorum?

2. Potest fraternitas excommunicare.

Fraternitas statu organico habet fratrum potestatem κύριον in materia libertatis readmittendo. 2. Cor. 2. potestatem κρίνειν in materia jurisdictionis 1. Cor. 5. 12. quare non haberet totalem potestatem κύριον & κρίνειν in statu inorganico?

Ponatur Ecclesia solitaria, ab auxilio aliarum remota, & membris ad Presbyterium idoneis omni modo destituta: adest Thomas fidelis non membrum, donis presbyterialibus, & Pastoritiis sufficienter, forsitan eximiè ornatus: vel istî Ecclesiæ concedenda est potestas admissionis, vel necesse est ut & Thomas maneat expers communionis Ecclesiæ, & Ecclesia sine idoneo Pastore.

Illa Ecclesia quæ est subjectum primum clavium, potest authoritativè censuris Ecclesiasticis ligare. *Ergo* excommunicare. Matth. 16. 19. & 18. 17.

At

At fraternitas eſt illa Eccleſia quæ eſt ſubjectum primum clavium, ut ſuperà & natura, & ratio clamat, cujus eſt inſtituere, ejus eſt deſtituere.

Ius & poteſtas excommunicationis eſt penes illam Eccleſiam, cujus membrum eſt perſona excommunicanda. *Amef. conſc. lib. 4. cap. 9. 9.*

„ Et quod hæc omnia poſſint exequi excluſis Eccleſiæ illius Rectoribus omnibus, & „ aliarum Eccleſiarum inſpectione & au„ thoritate?

Reſp. Rectores non ſunt excludendi, niſi cauſa & modo ſupra dictis.

In Eccleſiâ inorganicâ fraternitas poteſt omnia negotia non-Presbyterialia ſine authoritate, & proinde ſine inſpectione authoritativâ, ſed non ſine inſpectione directivâ aliarum Eccleſiarum: cujus ratione quousque teneatur, videbitur in quæſtione de Claſſibus & Synodis.

CAP. V.

Quæſtio.

AN Eccleſiæ multitudo, harum rerum poteſtatem derivet in Eccleſiæ Reſto„ res, ex ſuâ voluntate ita determinatam, „ ut Eccleſiæ Paſtores in illis nihil poſſint, „ niſi ex multitudinis ſive permiſſione, ſive „ decreto: ita ut Rectores ſint Eccleſiæ ſer„ vi propriè dicti: & Eccleſia horum Magi„ ſtra, & Regina; Paſtores tantùm ſunt Ec-

„cleſiæ os, & manus, cujus intervenu de-
„creta ſua exequitur. Ita ut omnia ex mul-
„titudinis nomine, & authoritate fiant,
„quæ etiam poteſtatem Rectoribus Eccleſiæ
„commiſſam revocare, reſtringere, vel et-
„iam ad majorem Eccleſiæ ædificationem,
„in alia Eccleſiæ membra transferre poſſit?

Reſp. Eccleſiæ multitudo harum rerum poteſtatem non derivat in Eccleſiæ Rectores, ex ſuâ voluntate ita determinatam, ut Eccleſiæ Paſtores in illis nihil poſſint, niſi ex multitudinis ſive permiſſione, ſive decreto, & proinde Rectores non ſunt Eccleſiæ ſervi propriè dicti, nec Eccleſia horum Magiſtra, & Regina; nec Paſtores tantum ſunt Eccleſiæ os, & manus, cujus intervenu decreta ſua exequitur, ita ut omnia & multitudinis nomine, & authoritate fiant; neque poteſt multitudo poteſtatem Rectoribus Eccleſiæ commiſſam revocare, reſtringere, vel etiam ad majorem Eccleſiæ ædificationem, in alia Eccleſiæ membra transferre, nedum Rectorum perſonas à poteſtate ſibi à Chriſto commiſſâ removere, niſi cauſâ juſtâ.

Eccleſiæ (dicimus) multitudo harum rerum poteſtatem non derivat in Eccleſiæ Rectores ex ſuâ voluntate ita determinatam ut Eccleſiæ Paſtores in illis nihil poſſint niſi ex multitudinis ſive permiſſione, ſive decreto, quia Eccleſiæ Rectores, tùm officium, tùm officii exercitium recipiunt immediatè à Chriſto.

Quod exercetur nomine Chriſti, recipitur immediatè à Chriſto.

At officium Rectorum exercetur nomine Chriſti.

Christi. 2. Cor. 5. 20. nomine Christi legatione fungimur. *Ergo*,

Designatio personæ est ab Ecclesiâ.

Applicatio officii est à Christo.

Causa efficiens potestatis Rectoris, est Christus:

Instrumentalis, Ecclesia:

Materialis, ipsum officium:

Formalis, applicatio officii ex parte Christi:

Finalis, est vocatio Electorum, & ædificatio corporis Christi in opere Ministerii.

Distinguendum accuratè inter officium ipsum, & conjunctionem personæ cum officio; officium est à Christo, conjunctio talis personæ cum tali officio est ab Ecclesiâ; Christus confert authoritatem illi personæ quam eligit ad hoc munus, & quasi præsentat Christo Ecclesia.

Si Ecclesia adeò eligit personas ut Spiritus Sanctus constituat Episcopos, tum sicut electio accipitur immediatè ab Ecclesiâ, sic Episcopatus seu quod idem est, potestas Pastorum, & Rectorum accipitur immediatè à Spiritu Sancto.

At verum prius. Ecclesia eligit personas Actor. 14. 23. Spiritus Sanctus constituit Episcopos. Actor. 20. 28. *Ergo*.

Cujus fundamentum proximum est institutio & voluntas Christi, id recipitur immediatè à Christo.

At potestas Pastorum & Rectorum Ecclesiæ fundamentum proximum, est institutio, & volun-

voluntas Christi. designatio personæ &c. ut supra.

Willet. cent. 1. 56. Pastores Ecclesiæ habent claves spiritualis regiminis ab ipso Christo.

Park. pol. lib. 3. cap. 8. Pastor authoritatem suam & exercitium ejusdem authoritatis à Christo immediatè habet.

Bell. tom. 2. lib. 1. cap. 9. Amef. med. l. 1. c. 35. th. 6. Authoritas ipsa à Christo immediatè; derivatio tamen hujus authoritatis quoad existentiam quam habet in hâc vel illâ personâ, pendet ab Ecclesiæ designatione.

Videat qui volet, huic apici plus minus suffragantes, Parisienses, Gersonem, Alphonsum à Castro, referente Park. lib. 3. cap. 8. Henricum & Azorium ex Amesio, Bell. enerv. tom. 2. cap. 2. Gregorium de Valentia tom. 4. Disp. 7. quæst. 20. punct. 2. & alibi.

Et proinde Rectores non sunt Ecclesiæ servi propriè dicti, neque Ecclesia horum Magistra & Regina. τὸ servus est πολύσημον; igitur distinguendum.

Quidam laborant & serviunt alteri cum regendo eique præsidendo. Quidam laborant & serviunt alteri, obediendo, & parendo, quales sunt servi propriè dicti, qui quoad externum hominem subjiciuntur alteri, juxta ordinem domini & familiorum, injicis quæ ad hujus vitæ usum pertinent. Quidam laborant, & inserviunt aliis impendendo se totos utilitati, & saluti aliorum procurandæ, juxta rationem vocationis, vel officii.

Sanctorum alii aliis inserviunt charitate.

Reges inserviunt aliis, eos regendo imperialiter

ihiliter Actor. 13. 36. David juxta voluntatem Dei ἰδίᾳ γενεᾷ ὑπηρετήσας obdormivit.

Ministri serviunt aliis, eos regendo ministerialiter, quos etiam Paulus vocat ὑπηρέτας 1. Cor. 4. 1. Ministri sunt servi sensu posteriori, non priori.

Quæreni ergo quo loco Ministri habendi sunt qui se servos prædicant. 2. Cor. 4. 5. Respondetur, non sunt habendi ut domini, non ut famuli; sed (si servos eos appellare placeat) ut Servi-patres, Servi-rectores, duplici honore digni, supra modum chari propter opus eorum: ut Ministri Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.

Quin & Christus ratione officii dicitur δοῦλος 2. Philip. 7. venit ut ministraret nobis. Matth. 20. 28. Angeli sunt ministratorii Spiritus Heb. 1. 14.

Malè dicitur Ecclesia particularis Magistra, Phraseologiâ Scripturæ hoc sensu inusitatâ. vox Regina aliquando de Ecclesiâ Catholicâ, de particulari nonnunquam usurpatur, sed non in ordine ad Ministros. Cant 6. 8.

Neque Pastores tantùm sunt Ecclesiæ os, & manus, cujus interventu decreta sua exequitur, ita ut omnia & multitudinis nomine & authoritate fiant: quæ etiam potestatem Rectoribus Ecclesiæ commissam revocare, restringere, vel etiam ad majorem Ecclesiæ ædificationem in alia Ecclesiæ membra transferre possit.

Agere

Agere nomine alterius tria dicit.

1. Agere vice alterius, uti repræsentatus agit vice repræsentati.

2. Ex mandato alterius.

3. Ex authoritate alterius.

Rectores licet interventu instrumentali Ecclesiæ administrant, attamen quum neq; vice, neque ex mandato, neq; ex authoritate Ecclesiæ, non sunt os & manus Ecclesiæ, sed sunt os Dei. Ier. 15. 19. & manus Christi, cujus decreta solummodo exequuntur, & cujus nomine & non-Ecclesiæ legatione funguntur ὑπὲρ χριστοῦ πρεσβεύομεν 2. Cor. 5. 20.

Neque potestatem Rectoribus Ecclesiæ commissam revocare, restringere, vel etiam ad majorem Ecclesiæ ædificationem in alia Ecclesiæ membra transferre potest.

Multitudo non committit potestatem Ecclesiæ Rectoribus; tantum designat personas, ut ante dictum est.

Multitudo, h. e. Ecclesia non potest restringere, minuere vel transferre potestatem presbyterialem Thomæ in Iohannem.

1. Quia est officium, i. e. potestativi & constans functio, ex vi specialis juris exercenda: non occasionalis administratio, durante beneplacito Ecclesiæ.

2. Quia officium hoc à Christo, non ab Ecclesiâ receptum est.

3. Quia ejusmodi officium est, cujus officiario in rectâ lineâ ministranti Ecclesiæ subjicitur, non præficitur.

Potest tamen Ecclesia non ex ejus placi-

to,

ri, sed ex Christi præcepto privare personam Rectoris officio: causa justâ, & modo debito, de quibus postea, in suo loco.

CAPUT VI.

Quæstio.

AN Minister alicujus Ecclesiæ particularis non tantum virtute donorum, & ex communi charitatis officio, sed & vi suæ vocationis, legitimè obire potest actus ministeriales officii sui, Ecclesiasticâ communione alterius Ecclesiæ particularis, ad cujus ordinarium Ministerium, non est vocatus.

Resp. Minister alicujus Ecclesiæ particularis non tantum virtute donorum, & ex communi Christianæ charitatis officio, sed & vi suæ vocationis, legitimè obire potest actus ministeriales officii sui: charitativè, & justis cautionibus qualificatos; (licèt non authoritativè) Ecclesiasticâ communione alterius Ecclesiæ particularis, ad cujus ordinarium ministerium, non est vocatus.

Rationem responsi distinctione præmissâ, sequentes duæ propositiones confirmatæ dabunt.

Ministeriale exercitium actus officii in alterâ Ecclesiâ est vel charitativum, pendens ex consensu occasionali Ecclesiæ, cui Minister in tali casu, administraturus est:

Vel authoritativum, exequendum vi speciali

cialis juris officii, independenter à consensu Ecclesiæ.

Propos. 1. Asserenti Ministrum alicujus Ecclesiæ posse obire actus Ministeriales officii sui in Ecclesiâ alterâ charitativè & justis cautionibus qualificatos (quamvis vel unum exemplum Ministri ordinarii in N. Testamento exercentis actus officii sui in Ecclesiâ non sui desideramus) litem non intendimus, sequentibus adducti rationibus.

1. Ex instituto optimo indice naturæ, potestatis, & ambitus Ministerii, unde emergit triplex relatio ministerialis, sc. ad Ecclesiam propriam, ad alias Ecclesias, ad omnes extra Ecclesiam, pro opportunitate datâ, mediante candelabro Ecclesiæ particularis, cui Minister est affixus, Matth. 28. 19. Marc. 16. 15.

Ex primâ: habent Ministri potestatem authoritativam in certos greges.

Ex secundâ, potestatem exercendi actus officii charitativè, & modo debito in alias Ecclesias.

Ex tertiâ, Potestatem ministerialem non-Ecclesiasticam erga universum mundum.

De prima nulla controversia; *ultima* comprobabitur, quæstione proximâ; *secunda* ita defenditur.

Ex analogiâ potestatis Ministrorum erga alias Ecclesias cum potestate Ministeriali erga omnes gentes sive omnem creaturam.

Si ministri ordinarii virtute institutî, habent potestatem ministerialem, non-Ecclesiasticam modo debito, erga omnem creaturam

tum

tum, habent aliquam poteſtatem miniſteria-
lem Eccleſiaſticam modo debito erga omnem
Eccleſiam.

At habent virtute inſtituti poteſtatem mi-
niſterialem non-Eccleſiaſticam modo debito
erga omnem creaturam.

Confertur enim hæc poteſtas Miniſtris il-
lis, quibus Chriſtus promiſit præſentiam
ſuam ad conſummationem ſeculi, inter quos
Miniſtri ordinarii procul dubio annumeran-
di ſunt.

Ratio connexi (ſumendo pro confeſſo po-
teſtatem miniſterialem ſi quam Miniſtri ſor-
titi ſunt erga alios Eccleſias, eſſe Eccleſiaſti-
cam: ſiquidem actus reſpicit naturam objecti,
& Miniſtri prædicantes ad diſcipulos non
ſunt cenſendi prædicare tanquam ad non-diſ-
cipulos) ita habetur.

Vel Miniſter habens poteſtatem miniſteria-
lem erga omnem creaturam, habet poteſta-
tem miniſterialem erga alias Eccleſias: vel
dicendum primò diſpenſationem Miniſtri ad
alias Eccleſias eſſe inferiorem diſpenſatione
ejuſdem Miniſtri ad gentes, mundum, om-
nem creaturam; ſiquidem his diſpenſat ut
Miniſter, illis tantum ut frater.

Secundò Eccleſias hoc nomine eſſe in de-
teriori conditione, quam gentes, cum eadem
ſocietas degens inter gentes non-Eccleſia
diſpenſatione miniſteriali, & proinde am-
pliori benedictione ordinariò adjuta, potita
eſſet.

At Eccleſia facta diſpenſatione fratris,
& proinde benedictione minus amplâ
donatâ

donatâ frueretur; unde esse Ecclesiæ, ob esset Ecclesiæ sub ratione ministeriali.

Si Ecclesiæ virtute communionis Ecclesiarum fundatæ triplici unione communi, de quâ supra, non tantum sub ratione Christianâ, exercent communionem Christianam, sed etiamquâ Ecclesiæ, exercent communionem Ecclesiasticam inter seipsas; & in seipsis, ad invicem: quare etiam Ministri, præcipuè cum sint partes ejusdem totius organici, etiam quâ Ministri, actus ministeriales officii in Ecclesiis non exercerent?

Nullum officium actuum ministerialium officii in aliis Ecclesiis nec repugnans libertati, nec summitati Ecclesiæ particularis ut πρώτου δεκτικοῦ est denegandum, quia communio Ecclesiastica in rebus privilegii quoad fieri potest, est amplianda;

At charitativum est qualificatum exercitium actuum ministerialium officii in aliis Ecclesiis, nec repugnat libertati, nec summitati Ecclesiæ particularis.

Ergo charitativum & qualificatum exercitium actuum ministerialium officii in aliis Ecclesiis non est denegandum.

Iustæ cautiones qualificantes exercitium charitativum actuum ministerialium officii in alterâ Ecclesiâ sunt,

1. Vt transigantur ejusmodi actus ex rogatu & consensu Ecclesiæ ubi ministri eos obeunt.

2. Salvâ ejus libertate.

3. Salvâ ejus summitate quoad potestatem ordinatæ executionis universæ potestatis clavium intra seipsam.

4. Quan-

4. Quando Ecclesia ex se ipsâ præsenti necessitati succurrere non potest, puta, in casu Sacramentorum in Ecclesiâ inorganicâ administrandorum.

5. Quando præsens necessitas non tam commodè ex se ipsâ sublevari potest. ex. gr. prædicatio verbi, ministerio deficiente, ab idoneo Ministro vicino, modo haberi potest, melius quam à fratre privato proprii cœtus, ordinariè perficitur.

Propos. 2. Ministrum alicujus Ecclesiæ non posse obire actus ministeriales officii sui in alterâ Ecclesiâ authoritativè, etiam vel consentiente Ecclesiâ Judicamus.

Quia exinde sequerentur vel posse dari Ministros occasionales, aut partiales pro tempore, vel eundem hominem posse esse fixum Ministrum plurium Ecclesiarum simul, vel non esse Ministrum alicujus Ecclesiæ, ubi tamen habet authoritatem ministerialem:

At neutrum horum dicendum, *Ergo*.

Quia nemo potest exercere actum ministerialem authoritativè, ubi non est Minister constitutus à Spiritu Sancto.

At Minister hujus Ecclesiæ non est Minister alterius Ecclesiæ ex constitutione Spiritus Sancti, à quo omnis Minister certò gregi alligatus est; gregi, non gregibus; cum plures Episcopos constituisse in uno grege legimus. Act. 20. 28.

Sed plures greges uni Episcopo ordinatio commisisse nusquam intelleximus; creantur Presbyteri *per civitates* per singulas Ecclesias Act. 14. 23. vult Apostolus Titum constituere

Lucæ in Luc. 4. v. 26. Episcopos κατὰ πόλιν oppidatim Tit. 1. 5. Nomine Πόλεως apud Græcos, non urbe modo significatur, sed hominum cœtus, quorum unum est corpus.

Quibus Ministris Ecclesia hæc particularis non tenetur sese sub ratione gregis subjicere, illi non possunt actus ministeriales officii sui in eâ authoritativè exercere. At Ministris aliarum Ecclesiarum non tenetur hæc Ecclesia sese sub ratione gregis subjicere, *Ergo*.

Patet major ex naturâ relatorum quorum mutuus est ambitus. Ecclesia autem organica, & Ministri, h. e. Pastor & grex sunt relata.

Probatur minor: 1. Ob gravissimas & multiplices incongruitates contrariæ sententiæ, obligantis & Ministros, & Ecclesias ad ea officia ministerialia & Ecclesiastica mutuò præstanda, quæ neutiquam præstare possunt.

2. Quia nullum datur præceptum subjiciens Ecclesias authoritati Ministrorum aliarum Ecclesiarum particularium.

Quod ponit authoritatem Ministrorum pro arbitrio Ecclesiarum augendam vel minuendam, non est ponendum.

At asserere Ministrum hujus Ecclesiæ posse vel non posse authoritativè obire actus ministeriales in aliis Ecclesiis, pro arbitrio ejusmodi Ecclesiarum: ponit authoritatem Ministrorum pro arbitrio Ecclesiarum, augendam vel minuendam: *Ergo*.

Object. Si datur Ecclesia Catholica politicè visibilis, in quâ omnes Ministri constituti sunt, h. e. cui omnes officiarii functionum Ecclesiasticarum in Novo Testamento Mini-

Ministri facti sunt, tum unusquisque Minister hujus Catholici ministerii potest justo ordine authoritativè exequi actus ministeriales in quavis particulari congregatione, quamvis illi non sit ex electione istiusmodi particularis Ecclesiæ officium, siquidem congregationes sunt partes unius integri politici.

At datur una Ecclesia Catholica politicè visibilis in qua omnes Ministri constituti sunt. 1. Cor. 12. v. 28. Et alios quidem constituit Deus in Ecclesiâ, primum Apostolos, deinde Prophetas, tertiò Doctores, deinde Virtutes, deinde Dona sanationum, Opitulationes, Gubernationes, Genera Linguarum. *Ergo.*

Sol. Negatur minor, quam textus citatus salvâ contra sentientium reverentiâ, nullatenus confirmare videtur, nedum aliqua pars reliqui capitis.

Ratio nulla cogit 28 Ecclesia in loco allegato intelligi de Ecclesiâ Catholicâ politicè visibili, sed potest intelligi de Ecclesiâ particulari, puta Corinthiacâ: in quâ omnes functiones, & Ministri enumerati sive extraordinarii, sive ordinarii positi erant vel collectivè, & distributivè; vel distributivè, licèt non collectivè.

Apostoli erant in eâ & in reliquis omnibus Ecclesiis & collectivè, & distributivè.

Prophetæ de quibus hic loci, & cap. 14. & alibi, non quales enumerat Eph. 4. fuere nisi distributivè: idem reliqua Ministeria extraordinaria, ut & ordinaria quæ vel in ea

posita erant: saltem poni potuerunt, & debuerunt, nimirum Doctores, sc. ὁ διδάσκων, καὶ ὁ παρακαλῶν, ambo laborantes in sermone, & doctrinâ.

Estius in loc. Opitulationes, Gubernationes fuere in eâ distributivè, etsi non collectivè: eatenus ergo fallit illud Estii asserentis manifestum esse hæc dici de Ecclesiâ universali: Neque enim inquit de unâ aliquâ particulari Ecclesiâ, veritatem habent, aut habuerunt aliquando.

Secundò potest τὸ Ecclesia exponi de Ecclesiâ Catholicâ, sive Mysticâ, in terris militante, & Ecclesiis particularibus visibili: in quâ rectè, & propriè constitui dicantur, qui in Ecclesiis particularibus constituti sunt.

Quod ut planum fiat, proponenda certa assertiones.

1. Vniversitas fidelium in terris militantium, dicitur Ecclesia Catholica comparatè sic dicta.

2. Dona spiritualia & officia dantur Ecclesiæ Catholicæ, si placet, electis quorum nondum vocatorum cætus, ob infallibilem vocationis futuritionem, crebrò ab Orthodoxis appellatur Ecclesia; licet officiorum Ministri constituuntur tantùm in Ecclesiis particularibus, quæ nihil aliud sunt nisi ordines instituti politicæ visibilitatis Ecclesiæ Catholicæ, in suis partibus similaribus. i. e. datio clavium non tantum spectat ad Ecclesias particulares, sed & ad Ecclesiam Catholicam,

imò ad electos: exercitium Ecclesiasticum clavium tantùm ad Ecclesias institutas.

3. Hæc Ecclesia Catholica est visibilis in Ecclesiis particularibus, sive politicis.

4. Vna est essentia interna, sc. vocatio efficax Ecclesiæ Catholicæ & Ecclesiarum particularium, membris æquivocis exceptis.

5. Ecclesia Catholica in ordine ad Ecclesias particulares habet rationem quasi integri, & Ecclesiæ particulares ejus respectu sunt quasi partes similares: quicquid autem ponitur in partibus, recte dicitur & in toto poni.

6. Hinc unum nomen Ecclesiæ tribuitur Ecclesiæ Catholicæ, & Ecclesiis particularibus, cum & ex natura, & ex ratione est res ὁμοιομερὴς id est similares, uno eodemque nomine communi toti ac partibus censeantur. ex. gr. ut mare appellatur aqua, ita & quælibet gutta maris appellatur aqua.

7. Vltimo politica visibilitas, cum sit adjunctum respectu Ecclesiæ Catholicæ, & subjectum respectu ordinis Presbyterii, quare non Ecclesia Catholica in Ecclesiis particularibus ejus partibus, jam factis subjectis Presbyterii, etiam & ipsa subjectum eorundem Presbyterorum, in iisdem partibus suis visibilibus, facta sit? h. e. cum Ecclesia Catholica & Ecclesiæ particulares communicent essentiâ, & nomine; cum etiam Ecclesiæ particulares, pro variis earum rationibus, habeant se ut partes, & ut adjuncta Ecclesiæ Catholicæ; quare Ministri in Ecclesiis particularibus positi, non rectè, & propriè

in Ecclesiâ Catholicâ sive Mysticâ, constituti esse dicantur?

Siquidem quicquid inest parti, inest toti: & quicquid inest adjuncto, propriè dicitur inesse subjecto, cui illud adjunctum necessariò inest.

Arist. metaph. 4. text. 14.

Huc applicetur illud Aristotelis, Accidens non est accidentis accidens, nisi quatenus ambo inhærent subjecto uni.

Vt majorem fidem faciamus huic responsioni invicto receptissimæ distributioni Ecclesiæ in mysticam, & particularem, sive politicam; adverte attentus lector, hanc ipsam distinctionem in præsenti capite, non obscurè confirmatam: ubi in confesso est Apostolum loquâ de Ecclesiâ, ut corpore mystico, v. 12. ita & Christus i. e. Ecclesia cujus caput est Christus. Ecclesia mystica, quæ est corpus Christi mysticum, per synechdochen membri dicitur Christus; & v. 27. alloquens Ecclesiam particularem, puta Corinthiacam, vocat eam corpus Christi. Vos autem estis corpus Christi, & membra particulatim. Fuit verò corpus Christi politicum, & tantum membrum corporis mystici.

Ecclesiam universalem non politicam in professione personali per totum terrarum orbem visibilem non improbamus.

At Ecclesiam universalem politicè visibilem (in quatenus Deus nobis adhuc dedit in momentosâ hac præsentis seculi controversiâ intelligere) in Scripturis non invenimus; sed institutis Evangelii multiplicitèr incongruentem judicamus.

Hæc

Hæc si vera sunt, quemadmodum nobis vera esse videntur, nulla observavimus argumenta, ex 1. Cor. 12. Eph. 4. Rom. 12. à contra sentientibus deprompta, quæ ex dictis dextrè applicatis, facilè & commodè, non solvuntur.

CAP. VII.

Quæstio.

AN finis & effectus operis ministerii Ecclesiastici, solummodo sit confirmatio „ eorum, qui jam sunt conversi, & vera Ec„ clesiæ membra: ita ut ex vi Ecclesiasticæ „ functionis, Ministri Ecclesiarum non ma„ gis teneantur convertere animas aberran„ tes eorum, qui in mundo, & peccatis ex„ tra Ecclesiasticam communionem vivunt, „ quam omnes alii fideles, donis S. Sancti „ prædicti, ex communi charitatis officio te„ nentur, & nunquam vi sui Ecclesiastici mi„ nisterii aliquos convertant, nisi per acci„ dens?

Resp. Finis & effectus operis ministerii Ecclesiastici, non est solummodo confirmatio, & ædificatio eorum qui jam sunt conversi, & vera Ecclesiæ membra, sed & ex vi Ecclesiasticæ functionis, Ministri Ecclesiarum tenentur convertere animas aberrantes eorum, qui in mundo, & peccatis extra Ecclesiasticam communionem vivunt. Et proinde longè majori obligatione, quam reli-

qui omnes fideles, donis S. Sancti præditi, ac communi charitatis officio solummodo astricti. Et quando vi sui Ecclesiastici ministerii (gratiâ divinâ cooperante) aliquos convertunt, conversio est effectum Ecclesiastici ministerii per se, & non per accidens.

Statuimus 1. sub notione gratiæ, comprehendi omne bonum salutare: tum conversionis, tum ædificationis, & perfectionis.

2. Evangelium esse revelationem gratiæ.

3. Ministerium Ecclesiasticum esse medium externum ordinarium prædicationis & applicationis gratiæ Evangelicæ revelatæ: donec evadamus in virum adultum, ad mensuram plenæ staturæ Christi; idque virtute Instituti.

Ex quo instituto, & non ex vocatione Ecclesiæ, functio ministerii ordinatur, potestas regulatur, & ambitus mensuratur.

Unde quemadmodum Apostoli virtute missionis immediatæ, & illimitatæ, erant Apostoli ad totum mundum, Pastores ad Ecclesias: item Evangelistæ fuere Evangelistæ ad totum mundum, Pastores ad Ecclesias, virtute missionis mediatæ, sc. per Apostolos, & illimitatæ.

Sic Ministri ordinarii missione mediata, & limitata, sunt Pastores Ecclesiarum propriarum, & mediantibus candelabris Ecclesiarum particularium, quibus affixi sunt, Ministri ad omnes, pro opportunitate oblati.

Lux prælucens ex candelabro, illuminat extra candelabrum.

Nobis ergo judicibus, Ministri ordinarii virtute

vistone muneris Ecclesiastici, sunt pastores certis Ecclesiis, & mediantibus candelabris Ecclesiarum, Ministri omni creaturæ, pro occasione data: & medium externum ordinarium applicandæ electis omnimodæ salutis: cum conversionis nondum conversis, tum confirmationis & ædificationis eorum qui jam sunt conversi.

Negamus igitur primò finem & effectum operis ministerii Ecclesiastici, solummodo esse confirmationem, & ædificationem eorum qui jam sunt conversi.

Ministri appellantur patres spirituales in Christo Iesu per Evangelium. Ego vos genui, 1. Cor. 4. 15. precor pro filio meo Onesimo, quem genui. Phil. 10.

Sunt spirituales Paranymphi, quippe quorum est non tantùm ministrare sponsæ, sed etiam aptare sponsam: aprovi enim vos uni viro, 2. Cor. 11. 2. ubi Corinthiorum Ecclesiam comparat sponsæ virgini, Christum Sponso, seipsum Paranympho. Act. 26. 18. mitto te (puta Ministrum) v. 16. ut aperias oculos eorum, & convertas eos à tenebris ad lucem, & à potestate Satanæ ad Deum.

Oportet servum domini esse aptum ad docendum, expertum an forte detur his eis Deus resipiscentiam, 2. ad Timoth. 2. 24. 25. Quid pluribus in re manifesta? mittitur Iohannes ut convertat corda patrum Luc. 1. 17. Mittebantur non solum Apostoli, sed & Ministri ordinarii quibus Christus præsentiam promisit usque ad consummationem seculi, ut discipulos facerent omnes gentes,

i. e. ut nondum conversos ad fidem Christi converterent. Math. 28. 19. 20.

Ex statu Ecclesiæ: ubi possunt esse vera membra Ecclesiæ visibilis, quæ non sunt vera membra Ecclesiæ Catholicæ: quia sufficit ad materialitatem Ecclesiæ particularis, ut aliquis sit membrum Ecclesiæ Catholicæ κατὰ δόξαν, & ordinatè incedens.

Sicut in Ecclesiâ plures infantes, etiam & adulti non efficaciter vocati.

Nimis manifestum est omnes in Ecclesiam regulariter admissos, non esse conversos, neq; omnes baptizati aquâ eodem momento baptizantur spiritu.

Baptismus spiritus aliàs præcedit, aliàs comitatur, aliàs subsequitur aquæ Baptismum; horum autem conversio est proprium opus ministerii.

Baran. loc. 47. q. 26.

Negamus secundò Ministros Ecclesiasticæ functionis non magis teneri convertere animas aberrantes eorum qui in mundo, & peccatis, extra Ecclesiasticam communionem vivunt, quàm alii fideles, dono S. Sancti prædicti, ex communi charitatis officio tenentur.

Illi Ministri qui ex instituto Christi tenentur facere discipulos ex gentibus, tenentur vi functionis Ecclesiasticæ i. e. ministerialiter, non tantùm charitativè, convertere, h. e. conari ut convertant animas eorum qui in mundo & peccatis vivunt, puta non conversas: quia munus sive functio Ministrorum ordinatur, regulatur, mensuratur

ab

ab institutione, quamvis designatio personæ ab Ecclesiâ.

At Ministri ordinarii, & non Apostoli tenentur, ex instituto Christi tenentur facere discipulos ex gentibus (nimirum mediantibus candelabris Ecclesiarum propriarum uti modò dictum) Matth. 28. 19. salvatorem autem ibi agere enim de Ministris ordinariis liquet, quia loquitur de eis quibus præsentiam suam promittit usque ad consummationem seculi.

Qui ministerialiter, & non tantùm charitativè, tenentur ordinatè baptizare discipulos factos ex gentibus: illi ministerialiter, & non tantùm charitativè, tenentur facere discipulos ex gentibus, & convertere non-conversos extra Ecclesiam.

At Ministri ordinarii eodem loci ministerialiter, & non charitativè tantùm, tenentur ordinatè baptizare discipulos factos ex gentibus. *Ergo*

Qui succedunt Apostolis in eodem ministerio quoad essentiam administrationis, licèt non quoad modum, aut gradum: illi ministerialiter, & non tantum charitativè, tenentur convertere non-conversos, extra Ecclesiam.

At Ministri ordinarii succedunt Apostolis in eodem ministerio, quoad essentiam administrationis. *Ergo.*

Sicut enim omnes Ecclesiæ particulares succedunt Apostolis, in plenitudine, & amplitudine potestatis Ecclesiasticæ: ita omnes Ministri ordinarii succedunt Apostolis in potestate ministeriali,

Si fides in nondum conversis, ordinariò est ex auditu verbi prædicari, per hominem ministerialiter missos: tum Ministri tenentur ministerialiter, & non tantùm charitativè, prædicare ad non conversos.

At verum prius. Rom. 10. 14. 17. Beza quem sequitur Piscator, distinguit inter τὸ λόγον, & τὸ ῥῆμα v. 17. accipiens τὸ per verbum Dei non pro materia prædicationis, sed promissione ministeriali prædicatorum, utcunque contenta procedit.

Si Evangelium, materia prædicationis, prædicandum est omni creaturæ, ad obedientiam fidei: tum Ministri Evangelii tenentur ministerialiter prædicare omni creaturæ.

At Evangelium prædicandum est omni creaturæ. Marc. 16. 15. Rom. 15. 16.

Vel Ministri ordinarii tenentur ministerialiter ad conversionem non-conversorum: vel nullum datur ordinarium medium ministeriale in eorum conversionem:

At hoc repugnat gratiæ Evangelicæ.

Negamus tertiò conversionem Ecclesiastici ministerii fieri per accidens; quia conversio per medium ministerii Ecclesiastici est

1. Ex naturâ ministerii,

2. Ex scopo Ministri concilio divino subordinato.

3. Ex institutione ministerii, ordinati ut sit medium conversionis.

Ministerium Ecclesiasticum est eatenus per se conversionis, per accidens, ita dura-

durationis, & non-conversionis culpabilis.

Rejicimus Pontificios docentes nonnullos actus ministeriales conferre gratiam, uti loquuntur, ex opere operato.

Rejicimus Schwenckfeldianos, qui publicum verbi ministerium tanquam inutile contemnunt.

Rejicimus Socinianos, qui singularem aliquam admittendi rationem, ad sacrum ministerium obeundum requiri negant.

Ministerium Ecclesiasticum est medium externum, ordinarium, proponendæ & applicandæ omnimodæ gratiæ salutaris, tum vocationis, tum reliquæ in Evangelio revelatæ; proponendæ omnibus, proponendæ & applicandæ electis. *Matth. 28. 19. 20. Eph. 4. 11. 12.*

Efficacia ministerii Ecclesiastici non est in potestate Ministrorum, sed est penes solum Deum. *1. Cor. 3. 7.*

Prædicatio charismatica fidelium Non-ministrorum, deficiente ministerio, est medium licitum, & eâdem virtute divinâ efficax, ad eandem gratiam ingenerandam. Actor. 11. 19. 20. 21.

CAP.

CAP. VIII.

De Vocatione Ministrorum.

Quæstio.

AN electio Ministrorum Ecclesiæ, in toti multitudini competat, ut ejus suffragio, ac decreto, Pastorum electio sit peragenda: sive qui Ecclesiæ Rectorum tantùm electione, cum tacito assensu plebis, in Ecclesiam admittuntur, non sint legitimè vocati, dolo sed vi, aut in sacrum ministerium intrusi?

Resp. Electio Ministrorum Ecclesiæ in toti multitudini competit, ut ejus suffragio, ac decreto, Pastorum electio sit peragenda, quo non obstante; etiam qui Ecclesiæ Rectorum tantùm electione, cum tacito assensu plebis, in Ecclesiam admittuntur, sunt legitimè vocati, & neque vi, aut dolo in sacrum ministerium intrusi.

Responsum hoc clarius, & plenius, quæsita tria sequentia solura dabunt.

Quæst. 1. Quid est electio Ministri?

Solut. Electio Ministri est alicujus hominis præ aliis vocatio ad munus ministeriale regulariter facta

Electio nihil aliud est, quàm modus essentialis vocandi.

Quæ-

Quæst. 2. Penes quos potestas Ministros eligendi?

Sol. Potestas summa est penes Christum; potestas delegata est penes illam Ecclesiam, sive inorganicam, sive organicam, cui Minister eligendus debet inservire; confirmatur hisce argumentis.

Argum. 1. Cessante ratione vocationis Ministrorum, per primogenituram ante lapsum: & per naturalem propagationem ejusdem ritus, sub lege; nulla ratio dari potest, præter consensum mutuum: cui relatio politica superioritatis, & subjectionis inter liberos, nitatur.

Arg. 2. A naturâ libertatis Ecclesiasticæ: Ecclesia instituta libertate sylvâ sine consensu voluntario, non potest subjici cuivis Ministro.

Arg. 3. A naturâ Ministri: Nemo non vocatus est Minister legitimus. Ad vocationem autem Ministri ordinarii, consensus Ecclesiæ est necessarius.

Arg. 4. Ex analogiâ electionis Diaconorum à multitudine advocatâ. Act. 6.

A praxi Apostolorum; qui non nisi intervenientè χειροτονίᾳ Ministros constituebant. Actor. 14. 23. quod idem ab eis in minoribus negotiis Ecclesiasticis, puta in legatis ad eleemosynas deferendas emittendis observari legimus. 2. Cor. 8, 19.

Quicunque actio priscæ & Apostolicæ Ecclesiæ, rationis communis est: eadem omnibus Ecclesiæ est eruditio.

Tritum, & receptum est χειροτονίαν nomine consensum populi per manuum sublationem

tionem declaratum; verbo desumpto ex Græcorum consuetudine; apud quos præco cum ex more, in foro rogabat Athenienses consensum solenni formulâ, dicebat ὅτῳ δοκεῖ τόδε, ἀράτω τὴν χεῖρα: aut ex contrario, suffragium annuens καταχειροτονία dicebatur, renuens ἀποχειροτονία. Ὁ δημὸς τὰς ἐμὸς γνώμας περὶ σωτηρίας τῆς πόλεως ἐχειροτόνει.

Danaeus.

Quæst. 3. Qualis assensus (ut loquamur cum quæstione) requiritur ad electionem sive vocationem ritè & ordinatè instituendam, item qualis sufficit ad veram?

Sol. Assensus explicitus requiritur ad vocationem ritè & ordinatè instituendam.

Ritus χειροτονίας dicit consensum expressum;

Deinde omnimoda adminicula cum παρρησίας respectu Ministri, tum subjectionis ex parte populi, suo tempore utrique usui erunt.

Assensus tamen tacitus sufficit ad esse, quamvis non ad tam ordinatum esse Ministri; quemadmodum fœdus tacitum sufficit ad formam Ecclesiæ.

Danaeus in 1. Tim. 5.

Morem Ecclesiarum Gallicarum, consensum suum (teste Danæo) silentio significantium, non improbamus, licet morem Ecclesiarum Apostolicarum, consensum χειροτονίᾳ exprimentium, multò magis probamus.

Danaeus ibid.

Non est Pastor legitimus, qui inscio, & invito, vel non assentienti gregi præsidet. Itaque olim inclinatâ jam disciplinâ, irrita tamen factæ sunt omnes Ecclesiasticæ vocationes

tiones: quæ ἄνευ λαοῦ συνίσεως ut vertit Cyprianus, sine conscientiâ & consensu populi fierent.

Chrysost. hom. 11. in Eph. 4.

Existimatisne quæso, si dicatur, quod sint Orthodoxi, pereat autem & intereat χειροτονία? i. e. Rectorum Ecclesiæ electio? & quid juvat si non sit exacta, & accurata? Sicut enim pro fide, ita etiam pro hac pugnandum est.

Presbyteri ex ordine præeunt in consilio, & deliberationem de eligendo moderantur, & gubernant: non autem eligunt quâ Presbyteri, sed quâ fratres: Electio est actus fraternitatis: etiam singuli Presbyteri sunt oves in ordine ad Com-presbyteros. Eligunt qui sunt Presbyteri, sed non quâ Presbyteri.

CAPUT IX.

Quæstio.

AN toti multitudini Ecclesiæ competat examen Pastorum per manuum impositionem, eorundem ordinatio in officium Ecclesiasticum, collatio potestatis clavium in Ministros, & tota illa potestas, quæ Ministris officium Ecclesiasticum tribuit, & rursum Pastorum à munere suspensio, & remotio, authoritate Ecclesiasticâ factâ?

Resp. Toti multitudini Ecclesiæ competit examen Pastorum, per manuum impositionem, eorundem ordinatio in Ecclesiâ homo-

 geneâ

genera, sed non in officium Ecclesiasticum: quia officium Ecclesiasticum recipitur in vocatione, non ordinatione: idque à Christo immediatè, non à totâ multitudine; idem sit judicium de totâ illâ potestate, quæ Ministris officium Ecclesiasticum tribuit; quibus non obstantibus, toti multitudini, h. e. fraternitati competit eorum hominum, qui jam Pastores sunt, à munere suspensio; & remotio legitimâ & Ecclesiasticâ authoritate facta, causâ justâ & ordine debito, quod demonstrabitur per partes.

Toti multitudini Ecclesiæ competit examen Pastoris.

Examen Pastoris h. e. sufficiens, & quoad modum honorifica probatio idoneitatis Pastoris eligendi, in Ecclesiâ homogeneâ, competit fratribus, unà cum Presbyterio præeunte & regente actionem pro modo muneris administrationis. Vicinis insuper ordinatè consultis, in Ecclesiâ homogeneâ competit fraternitati, auxilio & consilio Presbyterum vicinorum, & prudentum aliarum Ecclesiarum, adhibitis.

Quibus competit vocatio Pastorum vel Ministrorum, eis competit probatio.

At Ecclesiæ sive homogeneæ, sive heterogeneæ competit vocatio Pastorum. *Ergo*,

Quibus competit probatio doctrinæ, morum, & spirituum, Pastorum constituendorum, & omnium suo modo, quæ Ecclesiæ interesse, eis competit probatio Pastorum constituendorum.

At Ecclesiæ tum homogeneæ, tum heterogeneæ

gnæ competit probatio doctrinæ. Act. 17. 11. Potest Ecclesia quod potuit Synagoga Berœensium. Morum & spirituum 1. Ioh. 4. 1. Ministrorum constitutorum, & omnium. 1. Thess. 5. 21. *Ergo.*

Si Pastor sit simpliciter non-probatus, Ecclesia non potest eligere fide: non fide satis plenâ, si tantùm aliis probatus.

Obiect. Fraternitas non potest dijudicare idoneitatem Pastoris.

Resp. Non prætermittendum in plurimis Ecclesiis, esse fratres multimodâ sapientiâ cum divinâ tum humanâ abundè refertos; & nonnullos supra modum claros.

In Ecclesiâ rectè constitutâ fratres sunt oves λογικαὶ potentes distinguere inter vocem Pastoris & alieni. Ioh. 10. 4. 5. Examinate doctrinam, an Scripturis consentientem, vel dissentientem; probare spiritus, an ex Deo sint; inter quos reperiuntur qui propter habitum sensus habent exercitatos, ad discretionem boni ac mali.

Populus in judicando dirigi potest ac ordinare debet à judicio aliorum Pastorum, electionem vel præeunte, vel comitante. *Bellarm. tom. 2. lib. 3. cap. 2.*

Requiritur autem consilium aliorum Presbyterorum, & prudentum, propter insufficientiam in Ecclesiâ infirmiori: propter salutem in amplitudine consiliarii in Ecclesiâ instructiori: in omnibus propter communionem Ecclesiarum.

In Ecclesiâ heterogeneâ, actus ordinationis pertinet ad Presbyteros. 1. Tim. 4. 14.

In Ecclesiâ homogeneâ, ordinatio Pastorum per impositionem manuum, competit multitudini Ecclesiæ, h. e. fraternitati.

A lege πρώτου δεκτικοῦ: unde Ecclesia sufficiens est ex seipsâ ad universam politiam integrandam, & ad omnes actus Ecclesiasticos ordine suo vel exercendos, vel procurandos.

A collatione vocationis cum ordinatione.

Quicunque possunt vocare Ministros, quod est majus; possunt ordinare Ministros, quod minus est.

Argumentum à majori ad minus, procedit sub eâdem specie.

At Ecclesia homogenea, i. e. fraternitas potest vocare Ministros, quod majus est: *Ergo* possunt fratres ordinare, quod minus est.

Amos. cas. conse. lib. 4. cap. 25.

Probantur partes minoris. 1. Fraternitatem posse vocare, quia potest eligere. Vocatio propriè & essentialiter consistit in electione.

2. Probatur τὸ vocare, majus esse quàm τὸ ordinare, in constitutione Ministri.

Si essentia Ministri consistit in vocatione, & ordinatio habet se ut adjunctum, consequens vocationis, & proinde non est de ejus essentiâ; tum τὸ vocare Ministrum majus est quàm τὸ ordinare Ministrum vocatum.

At essentia Ministri consistit in vocatione, & ordinatio habet se ut adjunctum consequens.

Probatur minor ex definitione utriusque.

Voca-

Vocatio est electio Ecclesiastica alicujus hominis idonei ad munus presbyteriale regulariter facta. *Amesius med. l. 1. c. 39. th. 32.*

Vocationis essentia est in electione Ecclesiæ, & acceptatione electi.

Ordinatio est sacra Cæremonia, sive adjunctum consequens vocationis, quâ Minister jam vocatus, mediante impositione manuum, solenniter declaratur separatus ministerio, instituitur de naturâ ministerii, benedicitur χαρίσματι & assistentiâ spiritus imploratis, & commendatur protectioni Dei in fungendo ministerio.

Ordinatio est solennis declaratio electionis, & benedictio vocati, non autem de essentiâ vocationis.

Essentia vocationis est in electione.

Nulla mentio est impositionis manuum in Vocatione Matthiæ ad Apostolatum. Act. 1. Apostolatus major est Presbyteratu.

Impositio manuum non est ulla pars essentialis legitimæ vocationis. *Danæus 1. Tim. 5. 22.*

Docet Zanchius, posse per homines extra ordinem vocatos, sufficienter constitui verum ministerium, quamvis desideretur impositio manuum. *Zanch. præcept. 4.*

Propositio illa Bellarmini, Non sunt veri Pastores, qui non sunt à veris Pastoribus ordinati, vera est ordinariè; sed extra ordinem minime necessaria. *Bell. cont. 5. lib. 1. cap. 3.*

Non existimamus, impositionem manuum esse de essentiâ ordinis. *Wilh. Synop. cont. 3. error. 108.*

Ritum χειροθεσίας, pro adiaphoro habemus. *Fest. Hem. disp. 24.*

Bell. to. tom. 2. lib. 3. c. 2. Ritus impositionis manuum, non est absolutè necessarius ad esse Pastoris: non magis quam coronatio ad esse regis; aut celebratio nuptiarum ad earum esse. a

Moses neque Sacerdos neque primogenitus consecrat (quod æquipollet ἀνάδειξις) Aharonem, & filios ejus, in Sacerdotes Lev. 8.

Ex analogiâ impositionis manuum filiorum Israel super Levitas, in institutione istius ordinis, & consecratione istius tribus ad ministerium: Etiam nunc temporis (quod diligenter notandum) cum adsuere primogeniti, Aharon, & filii ejus Sacerdotes jam consecrati, & Moses, qui eos consecravit.

Ex collatione Levit. 8. cum Num. 8. 10.

Num. 8. 10. סמך propriè significat manus alicui imponere: fulciendo, seu sustinendo. Aven. Lex. Interpretari libros Israel de primogenitis exclusivè, eosdem nimis esse videtur: quare ergo ἀναλογος idem temporibus Evangelii non liceret, cum populus Christianus in ordine ad ministerium legali inferior non sit?

Bell. tom. 2 lib. 3. cap. 22. In ordinariis Ministris Ecclesiæ N. Testamenti constituendis, major est potestas Ecclesiæ jam liberæ, quàm fuit illius veteris quæ in omnibus habuit aliquid servile.

Tota congregatio unxerunt Tzadokum in Sacerdotem, Ebiathare ob conspirationem abrogato. Chron. 29. 22.

Adeò nihil indecentiæ apparet, ut Ecclesia homogenea, deficiente ordine, manus imponat, ex institutione extraordinariâ.

Ad generationem, vel παλιγγενεσίαν ordinis, principium extraordinarium (h. e. institutio divina extraordinaria) est necessarium; ex quo autem ordo constitutus, cessat tota principii illius extraordinarii ratio.

Nullo modo concedendum est, veram Ecclesiam esse absque potestate ordinationis. *Willet. cent. 3. tr. 109.*

Quamvis enim in Ecclesiâ bene constitutâ, non debet aliis quam Presbyteris ordinandi munus mandari; in defectu tamen idoneorum Presbyterorum, potest Non-presbyteris mandari. *Bellarm. enervat. tom. 2. lib. 3. c. 2.*

Dub. In N. Testamento nullum datur exemplum impositionis manuum per Non-presbyteros, sed semper per Presbyteros.

Solut. Nullum datur exemplum impositionis manuum, in Ecclesiâ presbyterio destitutâ, utpote Apostolis adhuc in vivis: qui fuere Presbyteri, in omni Ecclesiâ.

Sol. 2. Neque datur exemplum in N. Testamento χειροθεσίας per merè ordinarios Presbyteros; sed vel adfuere Apostoli, Act. 14. 23. vel Evangelistæ, 1. Timoth. 4. 14. Titus 1. 5. vel Prophetæ. Act. 13. 2. qualem tamen præcipuè defunctis Apostolis quis sanus neget, qui Apostolicam probat?

Sol. 3. In Ecclesiâ constitutâ, actum ipsum ordinandi, ad Presbyteros pertinere ultrò concedimus.

Sol. 4. In N. Testamento, nullum habemus exemplum restitutionis, & reformationis ministerii, in Ecclesiâ Ministris omnibus destitutâ: omnia igitur quæ pertinent ad *Bell. enerv.*

plebem fidelem in tali casu non repræsentantur ibi certis exemplis.

In doctrinâ ordinationis, eo magis piam & accuratam diligentiam desideramus, quoniam magnam partem mysterii iniquitatis, jam à multis retrò seculis in ejus ἑτεροδιδασκαλίᾳ suaviter dormivisse observamus, ut videri est apud Pontificios, & Scholasticos, in Sacramento ordinis, ubi

1. Ordinationem & impositionem manuum docent esse de essentiâ ordinis, & consequenter constitutionis Ministri, unde quod proprium est vocationis, transfertur in ordinationem.

2. Ministris ordinandis nullas Presbyteris partes relinquunt, sed Episcopis omnia tribuunt, si non Papæ.

3. Ordinationem volunt esse Sacramentum.

4. Gratiam gratum facientem, esse effectum hujus Sacramanti, per ipsum opus impositionis manuum.

5. Impressionem indelebilis characteris esse effectum alterum.

6. Pervetusta illa sed humana tamen distinctio Ministrorum, à reliquis Christianis, appellatione Cleri, ex ambitiosâ ordinationis κακοζηλίᾳ, facta est Antichristiana, sub Romanis appellationibus Clericorum, & Laicorum, quasi vilis esset populus Dei, Ministrorum respectu.

Toti multitudini Ecclesiæ non competit collatio potestatis clavium in Ministros; aut tota illa potestas, quæ Ministris officium Ecclesia-

clesiasticum tribuit: de hoc dictum antea, in membro secundo quæstionis de ministerio, & potestate Ecclesiasticâ.

Toti multitudini competit Pastorum h. e. personarum incorrigibiliter abutentium munere pastorali (quod λειτουργίας causa interponitur) à munere suspensio; & remotio legitimâ & Ecclesiasticâ authoritate facta.

Distinguendum inter potestatem pastoralem, & conjunctionem talis personæ cum tali potestate. Ecclesia inferior est potestate pastorali; sed superior est conjunctione Thomæ cum potestate pastorali: & proinde habet potestatem ministerialem, & ad constituendam, & ad dissolvendam dictam conjunctionem regulariter. Hac distinctione præfatâ, asseritur thesis.

1. Ex lege φύσεως δικτικῇ: unde Ecclesia sufficiens est ex seipsâ, ad universam politiam ordinatè integrandam; & ad omnes actus Ecclesiasticos ordine suo vel exercendos, vel procurandos.

2. Ecclesia homogenea potest constituere Pastorem; ergo potest deponere; juxta regulam receptissimam, Cujus est instituere, ejus est destituere.

Obtinet præcipuè, ubi inspectio sufficiens committitur instituenti, quoad usum rei instituto commissæ.

3. Aliter fieri potest, ut Ecclesia esset sine justâ tutelâ, in casu incorrigibilitatis in malâ administratione; quippe cùm concilium non potest deponere h. e. exercere actum juris-

jurisdictionis Ecclesiasticæ, quia non est Ecclesia.

Vel Ecclesia homogenea potest deponere Pastorem, vel in tali casu non potest deponi omninò, & sic fieri potest ut Ecclesia esset sine justâ tutelâ in casu incorrigibilitatis in malâ administratione; quippe cum Concilium non potest deponere, quia non est Ecclesia, & proinde non potest exercere actum jurisdictionis Ecclesiasticæ, nec Presbyter alterius Ecclesiæ, quia inconvenit Ecclesiæ particularis summitati, sc. quoad exercitium omnis jurisdictionis Ecclesiasticæ intra seipsam.

Pastor civilis, sc. Magistratus potest deponi à populo: *Ergo* Pastor spiritualis ab Ecclesiâ.

Ecclesiam posse deponere officiarios, probant multa argumenta adducta propter superioritatem Ecclesiæ supra Papam, modò concedatur Ecclesiam particularem esse solummodò Ecclesiam politicam; quod & probatum dedimus (uti speramus) suprà in quæstione de fœdere Ecclesiastico.

Rell. cn. tom. 2. lib. 1. c. 7. Quamvis authoritas Pastorum sit à Deo, derivatio tamen hujus authoritatis, quoad essentiam, quam habet in hac vel illâ personâ, pendet ab Ecclesiæ designatione. Et sic ejusdem authoritatis privatio pendet etiam ab Ecclesiâ: quæ eosdem illos quos antea designaverat, justas ob causas, posteà ab illâ functione potest removere.

Quamvis depositio Pastoris sit penes multitudinem i. e. Ecclesiam homogeneam: non tamen

tamen pendet ex placito multitudinis, sed ex præcepto Christi, h. e. non potest deponi Pastor nisi justâ de causâ, & ordine debito; puta conciliariter, modo Concilium habere detur.

CAP. X.

De Classibus & Synodis.

Quæstio.

AN Ecclesiæ particulares mutuam communionem inter se inire possint, in „ Synodis & Classibus, & in iis causæ „ communes omnium Ecclesiarum (id est „ tales res quæ omnibus Ecclesiis particu„ laribus communes sunt, quamvis immediatè unam tantùm Ecclesiam tangunt: „ ut sunt Pastorum vocationes, membrorum „ excommunicationes, &c. vel etiam tales „ res, quæ immediatè omnes Ecclesias ex „ æquo tangunt communiter) communi (con„ sensu Ecclesiarum authoritativè dijudi„ centur & discernantur, ita ut particulares „ Ecclesiæ earum decretis sese subjicere de„ beant sub pœnâ censuræ Ecclesiasticæ, quæ „ etiam in casu insufficientiæ, illegitimæ „ administrationis, & provocationis, causas „ Ecclesiæ particulari propriæ cum jurisdi„ ctione Ecclesiasticâ pertractare possint?

Resp. Ecclesiæ particulares mutuam communio-

munionem inter se inire possunt, & in eis causæ communes omnium Ecclesiarum (i. e. tales res quæ omnibus Ecclesiis particularibus communes sunt, quamvis immediatè unam tantùm Ecclesiam tangunt, ut sunt Pastorum vocationes, membrorum excommunicationes &c. vel etiam tales res, quæ immediatè omnes Ecclesias ex æquo tangunt communiter) communi consensu Ecclesiarum dijudicentur & discernantur. Sed decisivè, non authoritativè, h. e. juridicè. Et proinde licèt Ecclesiæ particulares sese subjicere debent earum judicio, non tamen sub pœnâ censuræ Ecclesiasticæ: neque possunt Synodi in casu insufficientiæ vel illegitimæ administrationis & provocationis, causas Ecclesiæ particulari proprias cum jurisdictione pertractare.

Vt sententia nostra in hac quæstione plana & perspicua sit, præpositis certis distinctionibus, deinceps de Synodi naturâ, necessitate, potestate & de subjectione particularium Ecclesiarum ad earundem judicium paucis dicemus.

Authoritas Ecclesiastica, est vel officialis, nimirum munus publicè docendi Evangelium cum potestate officiali benedicendi obedientibus, & maledicendi inobedientibus; hæc est penes Ministros; de eâ Matth. 23. 23. Tit. 2. 15. dicite pax esto huic domui. Luc. 10. 5. dicite, etiam pulverem qui adhæsit nobis, ex urbe vestrâ abstergimus. Luc. 10. 10. 11.

Vel judicialis, quæ est [illegible] unerativa & coactiva

coactiva, potens obsequentes bonis spiritualibus ministerialiter præmiare, & contumaces pœnis spiritualibus punire: hæc manet penes Ecclesiam quamque particularem. Mat. 18. 17.

De authoritate Synodali, Scriptura neque ἀντιλήξει, neque justa consequentia meminit: solummodo inde colligimus ei potestatem supremam decidendi quæstiones fidei debitam, quod & promptè damus; sed cum hæc potestas authoritas passim audire solet, eam impropriè non propriè (doctrinâ & pace contrasentientium salvis) ita dictam judicamus.

Iudicium publicum Ecclesiasticum, est officiale, supremum quantum ad officialem declarationem doctrinæ Evangelii. Gal. 1, 8.

Vel Synodale: supremum in quantum ad determinationem quæstionum religionis. Act. 15.

Vel judiciale: supremum & solum quantum ad determinandum causas Ecclesiæ judicialiter, & ad applicandum censuras ad personas.

Commodè distinguendum inter Synodum & Classem.

Conditiones justæ Synodi sunt.

1. Vt Ecclesiæ particulares habeant libertatem membra pro re natâ eligendi.

2. Vt viri docti & pii Non-Presbyteri capaces

paces sint membra fieri in Synodo, quæ ambo in Classi desiderantur.

De naturâ Synodi.

Synodus est conventus virorum piorum, prudentum, & doctorum; Presbyterorum & etiam Non-presbyterorum, χειροτονίᾳ Ecclesiarum electorum, ad quæstiones religionis audiendas, & juxta scripturam definiendas.

De necessitate Synodorum.

Pol. Hom. disp. 16.

Tametsi Concilia non sint ita absolutè necessaria ut Ecclesia sine illis nunquam benè esse possit: tamen in tantâ hominum malitiâ, & temporum perversitate, non tantùm insigniter sunt utilia, sed etiam quodammodò necessaria: ita ut Ecclesia salutari hoc remedio non possit carere, sine insigni veritatis, pietatis, & concordiæ Christianæ detrimento.

Nemo, inquit Parkerus, quod sciam, Ecclesiæ alicujus reformatæ alumnus ante Hugonem Grotium, negavit Synodos esse necessarias: quibus nos ὁμοψηφὸς libenter profitemur, sequentibus freti rationibus.

1. A naturâ duce: cujus dictamine, in controversiis difficilioribus & grandioribus, à judicio inferiori ad præcellentius confugimus.

Hinc jus appellationum in causis gravioribus ab inferiori ad superiorem sententiam.

Cum

Cum in causis & personis Ecclesiasticis multæ lites oriantur, jus appellationum necessariò concedendum quis neget? *Park. pol. lib. 3. cap. 20.*

Appellationes sunt juris divini, & naturalis, & in omni societate admodum necessariæ; propter multorum judicum iniquitatem, & ignorantiam.

2. A fine Concilii; sc. despicere de hoc negotio, puta de præsenti quæstione. Act. 15. 6. & 2.

Vanum esset quantum ad nos hoc remedium dubiorum, & dissidiorum: si ad illud in ejusmodi negotiis, nempe arduis reipubl. Christianæ non confugeremus.

3. Ab exemplo Ecclesiæ Israeliticæ: David, Ezekias, Iosias, & alii pii principes Israelitarum, religionem non repurgabant absque Synodo seniorum Sacerdotum, Prophetarum, & Levitarum.

Item ab exemplo Ecclesiarum Apostolicarum, Synodum esse optimum remedium ad mentes vacillantes confirmandas judicantium.

Non enim aut Petrus aut Paulus aut reliqui Apostoli negabant abrogatam esse circumcisionem, & reliquas legis Mosaicæ ceremonias tollendas esse: sed rem in quæstionem deducebant, ut Ecclesiæ & infirmis fratribus satisfieret. *Whitaker de concil. cont. 3. quæst. 5. c. 3.*

4. A præcellentiâ Concilii quoad scientiam, si comparetur cum Ecclesiâ particulari: illi igitur in decisione controversiarum in quantum attinet ad respondendum quæstioni, multò præferendum.

Conci-

Park. pol. lib. 3. cap. 23. Concilio & consensu vicinorum Ecclesiæ quæque in rebus grandioribus utitur: utpote vel classis, vel presbyterii in civitate; quod ego Ecclesiis perfectissimis non indignum reor.

5. A *κοινωνίᾳ* Ecclesiarum: quam valdè tuetur unio sententiarum in Synodis, unde *ὁμόνοια* suavissima & diuturna, cum doctrina & mores probantur ad invicem: sin autem singulis Ecclesiis particularibus, juxta sententias proprias incedere licet, nullâ habitâ vicinarum ratione, quam facilè in partes & dissidia abituræ sunt?

6. A fructu administrationum: quæ si cæteris Ecclesiis consentientibus fiant, spes est etiam fore efficaces; sin dissentientibus, timendum ne inefficaces sint. E. g. in casu excommunicationis, vicinis comprobantibus, excommunicatus argutus ab omnibus, dijudicatus ab omnibus, procidens in faciem adorabit, Deum renuncians Deum verè in censurâ esse; sin improbantibus valdè metuendum ne in vanum currant ad exemplum præceps Paulinæ, Gal. 2. 2.

7. A naturâ causarum Ecclesiasticarum, quæ vel mediatè vel immediatè ad omnes spectant.

Quod omnes tangit debet ab omnibus approbari: regula satis nota, & approbata.

De potestate Synodi.

Synodus non potest authoritativè, h. e. juridicè dijudicare causas Ecclesiarum, ita ut particulares Ecclesiæ sub eâ notione earum

rum decretis ſeſe ſubjicere debent: neque poſſunt cauſas Eccleſiis particularibus propias cum juriſdictione Eccleſiaſticâ pertractare.

Sententia Synodica, licèt obligat directivè, non tamen juridicè: quia non poteſt exercere juriſdictionem Eccleſiaſticam.

Quod ita probatur.

Quod non eſt Eccleſia, non poteſt exercere juriſdictionem Eccleſiaſticam:
Synodus non eſt Eccleſia: *Ergo*.

Probatur minor.

Nullus cætus, qui pro proximâ materiâ non habet ſanctè vocatos vel κατ' ἀλήθειαν, vel κατὰ δόξαν ut ſic, eſt Eccleſia:
At omnis Synodus eſt ejusmodi cætus, qui pro proximâ materiâ non habet ſanctè vocatos κατ' ἀλήθειαν, vel κατὰ δόξαν ut ſic: *Ergo*,
Nulla Synodus eſt Eccleſia.

Major patet ex naturâ Eccleſiæ.

Probatur major.

Nullus cætus cujus membrorum vocatio non habet mundum terminum immediatum à quo, & Chriſtum terminum immediatum ad quem, habet ſanctè vocatos pro proximâ materiâ: patet ex naturâ vocationis.
At omnis Synodus eſt talis cætus cujus

membrorum vocatio non habet mundum terminum immediatum à quo, & Christum terminum immediatum ad quem.

Ecclesia est membris Synodi terminus à quo, 7ò dispicere in Concilio, de hoc negotio, est terminus ad quem.

Ergo nulla *Synodus* habet sanctè vocatos pro proximâ materiâ.

Synodus distinguitur totâ definitione ab Ecclesiâ. *ergo* non est Ecclesiâ. *Probatur.*

Quia distinguitur materiâ & formâ.

Cum materia Synodi sunt pii & docti viri, membra Ecclesiæ; Forma delegatio.

Materia Ecclesiæ, fideles salvum *δεξασθαι*;

Forma unio per vinculum visibile politicum.

Si Synodus potest exercere jurisdictionem, sequeretur Non-presbyteros, Laicos ut loquuntur, posse exercere jurisdictionem, eamque officialem: nam jurisdictio Synodalis coneraſentientibus est officialis.

At Non-presbyteri non possunt exercere jurisdictionem ullam quoad contrasentientes quocunque casu: nec officialem, quoad nos.

Ergo Synodus non potest exercere jurisdictionem.

Ratio consequentiæ, quia Laici possunt esse membra Synodi. Act. 15.

Illud asseritur à Protestantibus adversus Papistas passim.

Objicienti Bellarmino de Conc. lib. 1. c. 15. art. ult. Si locus daretur Laicis in Synodis

Whitaker de concil. cont. 3. q. 3. cap. 3. Dam. contr. 4. l. 1. cap. 15.

nodis, plures erunt inferiores quam superiores, Verè vinceret major sententia meliorem.

Respondet Parkerus delegationem ab Ecclesiis, & ordinis consociationem in ipsâ Synodo huic objectioni satisfacere. *Parker. pol. l. 1. c. 18.*

Si Synodus non Ecclesia potest exercere jurisdictionem, sequeretur actus cultus, quales sunt actus Ecclesiasticæ jurisdictionis, posse ex ordine transigi per deputatos, qualis deputatio repugnat naturæ cultus, quia cultus est personalis.

Vnus non potest colere Deum per alium, quia cultus est ministerialis; *ergo* personalis & immediatè peragendus, non mandatorius.

Cautè distinguendum inter Ecclesiæ quæstiones, & causas:

Hæ jurisdictionem requirunt, illæ scientiam tantùm.

Concilium præferri debet Ecclesiæ particulari, in expositione Scripturarum, quia scientia præcellit; hinc quæstio defertur ad Concilium.

Ecclesia particularis præferri debet Concilio, quoad cognitionem causæ: utpote subjectum clavium, & plenius intelligens personam cum materiâ facti & circumstantiis. Hinc causa manet penes Ecclesiam.

Semper ibi causa agitur, ubi crimen admittitur. *Willet. synop. cent. err. 43.*

Actor debet sequi forum Rei,

Quatenus particulares Ecclesiæ sese subjicere debent sententiæ Synodi.

Legitimis Synodi decretis ab omnibus Ecclesiis, h. e. à majori parte Ecclesiarum receptis, & à Magistratu Christiano approbatis, tenentur particulares Ecclesiæ acquiescere,

1. Sub periculo reatus, ordinis publici turbati.

2. Sub pœnâ non-communionis cum aliis Ecclesiis.

Sozomen lib. 7. cap. 11. Aliquid hujusmodi in usu pervetusto fuisse, subinnuit illud Sozomeni referentis, Episcopos ad eos quorum doctrinam & ordinationem improbabant, literas non misisse.

3. Sub pœnâ correctionis per pœnas civiles à magistratu, prout res postulaverit.

Dubium. Quid si Synodus concludat contra veritatem, & Ecclesia stet pro veritate?

Sol. Temporibus reformatis sententiam particularis Ecclesiæ sententiâ Synodali saniorem haud facilè concedendum; licèt non simpliciter negandum.

2. Vti in civilibus est veritas absoluta, & judicialis: & sententia supremi judicis, vera est quoad homines, licèt non sit vera absolutè. Ita in Ecclesiasticis, veritas est absoluta, & Synodalis; Sydodus autem cùm sit supremus judex quæstionis, sententia Synodalis licèt non sit vera absolutè, est tamen vera Ecclesiasticè, sc. in foro exteriori.

3. Quan-

3. Quamvis veritas post decreta Synodalia, forsitan iterata, (potest enim nova Synodus in casu prioris aberrantis cogi) maneat penes Ecclesiam.

Statuendum tamen

1. Errorem Synodi & Ecclesiarum non esse fundamentalem, quia tum cessarent Ecclesiæ esse Ecclesiæ, & consequenter Synodus non esset legitima, si Ecclesiæ persisterent in contumaci defectione à fundamentalibus.

2. Ordinem publicum præferendum esse præsenti obedientiæ erga præceptum affirmativum, non fundamentale: quamvis ergo ungula veritatis anteponenda est libertati & vitæ Myriadum Israelis: tamen cum communitas magis periclitetur ex carentiâ ordinis publici, quam ex præsenti non-observatione alicujus præcepti affirmativi, non fundamentalis: major ratio habenda est ordinis publici, quam præsentaneæ obedientiæ erga tale præceptum. *Exod. 10. 26.*

Hic obtinet illud, gravissima incommoda faciunt aliquando ut præceptum affirmativum desinat obligare, quod aliàs non possit non observari sine peccato. *Admis. de conse. lib. 4. c. 24.*

Ordini igitur talis Ecclesia in hoc casu sese subjicere & potest & debet: sed tamen sine peccato.

Veritas non est dissimulanda: sed modestè & pacatè testimonium ei præbendum.

Error nunquam probandus, licèt propter iniquitatem temporum aliquando tolerandus.

Prudenter & patienter in debito usu mediorum, pro statione nostrâ, expectandum, donec Deus ὁ θεὸς καιρὸς veritatem suam revelaverit.

CAP. XI.

De Exercitio Prophetico.

Quæstio.

AN Exercitium Propheticum, sit ordinarium & perpetuum institutum, in ecclesiâ, in quo privati homines, qui nullo Ecclesiastico munere gaudent, ad dona Spiritus exercenda, possint publicè coram toto Ecclesiæ cœtu, verbum Dei prædicare, explicare, & applicare ad institutionem, confutationem, reprehensionem, exhortationem, consolationem auditorum, cum omni authoritate in nomine Dei?

Resp. Non judicamus ejusmodi Exercitium Propheticum ordinarium & perpetuum, institutum esse in Ecclesiâ, in quo privati homines qui nullo Ecclesiastico munere gaudent, ad dona Spiritus exercenda, possint publicè coram toto Ecclesiæ cœtu, verbum Dei prædicare, explicare, & applicare ad institutionem, confutationem, & reprehensionem, exhortationem, consolationem auditorum cum omni authoritate, in nomine Dei.

Ratio

Ratio responsi patebit explicando,

1. Quid sit Exercitium Propheticum?
2. Quid sit cum authoritate prædicare?
3. Dirigendo sententiam nostram de quæstione in certas propositiones.

Exercitium Propheticum quid sit?

Exercitium Propheticum seu prophetare in Scripturâ, nunc accipitur propriè, nunc tropicè: propriè acceptum significat impulsu Spiritus, h. e. (uti Piscator alicubi) dictante S. Sancto, vel ex revelatione Dei, res divinas pronunciare; easque sive nondum patefactas, sic Iesaias, Ieremias, & cæteri illius ordinis prophetabant; sive patefactas obscurius; quo sensu prophetabant illi de quibus 1. Cor. 14.

Aliquando τὸ prophetare accipitur tropicè; tropum autem suscipit triplicem, metonymiam subjecti: synecdochen: & metaphoram:

Metonymiam subjecti: quando is dicitur prophetare, qui materiam propheticam h. e. prophetationem aliorum repræsentat, decantando; ita 1. Chron. 25. 1. ubi qui sacras cantiones propheticas, & didascalicas à Davide conscriptas, sive voce sive instrumentis musicis decantabant, dicuntur prophetare.

Synecdochen membri 1. Cor. 11. 5. Vbi mulier prophetantem virum in Ecclesiâ ausultans, dicitur prophetare.

Metaphoram: ſc. metaphoram κατ' ἐξοχὴν: ſic Saul impulſu ſpiritus mali ſermonem & geſtum propheticum repræſentans, dicitur prophetaſſe. 1. Sam. 18. 10.

Hinc cum tota Scriptura dicitur prophetia 2. Pet. 1. 19. munera docendi & exhortandi dicuntur ſpecies prophetiæ. Rom. 12. 6. 7. Quo ſenſu ὁ διδάσκων, ὁ παρακαλῶν, muneribus ſuis fungentes dicuntur prophetare.

Item quælibet explicatio alicujus Scripturæ à quovis privato (uti loquuntur) Chriſtiano licitè habita, ſenſu metonymico poteſt dici prophetica.

Quid ſit cum omni authoritate, in nomine Dei prædicare?

Cum omni authoritate & in nomine Dei prædicare, eſt ex officio in plenitudine muneris, cum poteſtate ſpecialis juris prædicare, tanquam legatus Dei, non Eccleſiæ ſed Dei nomine omnia agens. Tit 2. 15.

Prædicatio officiariorum diſtinguitur à prædicatione fratrum.

1. Quia illi reſpectu Eccleſiæ prædicant independenter virtute ſtati officii: hi dependenter ex occaſionali vocatione Eccleſiæ.

2. Eorum prædicationi & precibus annectitur ſpecialis promiſſum. Matth. 28. ult. Iac. 5. 14. 15.

3. Ex hoc ſpeciali promiſſo, eorum adminiſtrationes comitatur ex ordine major benedictio.

4. Non tantùm ut ſervi miniſtrant, ſed etiam ut doctores, ſpeculatores, & ποιμαίνειν poſſunt;

possunt pro re natâ ἀκαίρως convocare gregem, quando eis debetur subjectio, & quoad audientiam, & quoad obedientiam: qualis potestas fratribus non competit. Ioel. 1. 14.

5. Possunt insuper ex curâ docendi Ecclesiam, illis officialiter commissâ, opportunitate datâ fruendi donis cognitorum & approbatorum Ministrorum aliarum Ecclesiarum, copiam eis facere sermonem exhortationis habendi ad populum. Act. 13. 15. Illis autem inconsultis, vel non-consentientibus non conceditur ordinariò aliis, in suis Ecclesiis prædicare.

Assertiones quædam judicium nostrum in hoc articulo exhibentes.

1. Homo fidelis nullius Ecclesiæ membrum, eis locis agens ubi vocatio Ecclesiastica haberi nequit, opportunitate datâ potest explicare & applicare, i. e. prædicare verbum Dei: hoc casu dicit Fulco fidelem habere vocationem providentiæ, quemadmodum prædicatione Edesii & Frumentii India ulterior semina fidei prima suscepit, & tota Iberorum gens verbi Dei fœdera, & fidem futuri regni susceperat; sed hujus tanti boni præstitit causam mulier captiva. Vide plura si placet apud Fuleonem loco citato. *Fulc. in Rom. 10. 14. Russin. hist. Eccl. lib. 1. c. 9. & 10.*

2. Temporibus persecutionis quando ordinem non datur observare; januâ apertâ, & providentiâ obsecundante idem censendum est. Actor. 8. 4. & 11. 19. 20. 21.

3. In Ecclesiâ inorganicâ frater qui donum ecce-

accepit ex occasionali delectu Ecclesiæ vocatus, potest publicè coram toto Ecclesiæ cœtu prædicare, quia Ecclesia non potest alia ratione sublevari.

4. In Ecclesiâ organicâ in casibus extraordinariis, puta in absentiâ, in valetudine, vel aliquâ inidoneitate ministerii, idem modo debito eâdem de causâ obtinet.

5. In Ecclesiâ organicâ præsente, valente, & rectè administrante presbyterio, nutu aliquo providentiæ extraordinariò ita dirigente: Ecclesia (h. e. presbyterium, & fraternitas conjunctim) judicans tale exercitium facere ad ædificationem, potest vocare fratrem aliquem ad publicum sermonem habendum coram toto cœtu.

6. Hoc Exercitium fratris donis ordinariis tantum imbuti, nedum inter filios Prophetarum annumerandi, multiplicem dictionis prophetiæ usum in sacris literis meditantes, nullibi in Scripturis αὐτοπροφ. prophetiam dictum observavimus, quamvis metonymicè hoc genus exercitationis dici posse prophetiam libenter damus, uti supra.

7. Institutum aliquod Christi ordinans fratrem privatum nullo Ecclesiastico munere gaudentem habere ordinariam & statis (licèt occasionaliter) vicibus fixam verbum prædicandi potestatem coram toto cœtu, in Ecclesiâ sufficienti ministerio instructâ, nondum ex Scripturis didicimus, nedum credimus.

Objectio. Istiusmodi Exercitium Prophetarum privatorum hominum est ordinarium, & per-

& perpetuum, & in Scripturâ totidem verbis mandatum; est enim exercitium illud de quo Paulus 1. Cor. 14.

Resp. Prophetiam de quâ Paulus 1. Cor. 14. non intelligi de dono ordinario quocunque & perpetuo: multò minus de dono ordinario & perpetuo privatorum fratrum, ita arguitur.

Nullum donum tempore Pauli, inferius donis spiritualibus prophetiæ postpositis, de quibus, 1. Cor. 14. quoad ædificationem Ecclesiæ, est ipsa prophetia de quâ ibid.

At donum ordinarium hominis Christiani fuit tempore Pauli inferius donis spiritualibus prophetiæ postpositis de quibus 1. Cor. 14. *Ergo* donum ordinarium hominis Christiani non est Prophetia de quâ Paulus loco dicto.

Probatur Minor ex collatione hujus doni privati fratris cum duobus ex spiritualibus prophetiæ posthabitis. 1. Cor. 14. 1. & Patæo interprete sigillatim ennumeratis 1. Cor. 12. 8. 9. 10. Puta linguis & interpretatione, de quibus etiam sequitur in eodem capite.

Donum ordinarium fratris excellebatur à dono linguarum, si spectetur confirmatio doctrinæ Evangelii quoad fideles, sive spectetur ulterior ejus usus respectu infidelium, vel ad eos convertendos ad obedientiam, vel ad terrendos propter infidelitatem; medium enim in hac causâ magis motivum erat donum miraculosum linguarum quàm donum fratris ordinarium; excellebatur à dono interpre-

terpretationis, h. e. intelligendi & interpretandi linguas exoticas in ratione inſtructionis auditorum.

At Prophetia iſtis donis præferenda erat.

Quod non dabatur in ſignum, non eſt Prophetia de quâ 1. Cor. 14.

At donum ordinarium fratris non dabatur in ſignum.

Paræus & Piſcat. in 1. Cor. 14. 22.

Prophetia data fuiſſe in ſignum, apparet ex v. 22. Vbi linguæ non intellectæ dicuntur ſignum maledictionis divinæ propter incredulitatem; ex Ieſaia 28. 20. 21. 22. Prophetia dicitur ſignum gratiæ & favoris fidelibus Ioel. 2. 28. 29.

Beza in loc.

Σημεῖον, אות eſt inſigne aliquod domini factum, ſive quo conſolatur, ſive quo puniat, quod de ordinario fratrum dono prædicari non poteſt.

Ex modo receptionis; donum Prophetiæ recipiebatur immediatè ſine ſtudio prævio, gratiâ extraordinariâ, 1. Cor. 11. 30. Ἐὰν δὲ ἄλλῳ ἀποκαλυφθῇ καθημένῳ.

Illim in loc.

1. Cor. 11. 30. Phraſeologia innuit inſpirationem ſubitaneam. Porrò quod Apoſtolus dicit, hujuſmodi eſt: ſi prophetante aliquo repente, fiat manus domini ſuper alium Prophetam ſedentem inter auditores, fiatque ei revelatio, prior taceat.

Donum extraordinarium accipitur mediatè ex gratiâ ordinariâ ſtudio & meditatione præviis.

CAP.

CAP. XII.

De Formulis Eccleſiaſticis.

Quæſtio.

AN ſacra Scriptura non præſcripſerit certam formam diſciplinæ gubernationis „Eccleſiæ, & cultus divini publici in omni„bus eſſentialibus, quæ ad Eccleſiæ conſti„tutionem & regimen pertinent: & in aliis „quæ ex voluntate Dei neceſſariò non re„quiruntur ad Eccleſiæ conſtitutionem & re„gimen, non tradiderit certas & generales „regulas, ſecundum quas, omnes res ad con„ſtitutionem & regimen Eccleſiæ non neceſ„ſariæ dirigi debeant: Et an Eccleſiæ po„teſtati non ſit permiſſum, certos canones „& formulas conſtitutas præſcribere, quibus „res ad Eccleſiæ conſtitutionem & regi„men à Deo non neceſſariò requiſitæ ſe„cundum generales Scripturæ regulas, ex „juris naturalis & ſanctæ prudentiæ præce„ptis ad Eccleſiæ ædificationem, ordinem, „& decorem cultus divini, poteſtate Eccle„ſiaſticâ præſcribantur?

Reſp. Sacra Scriptura præſcripſit certam formam diſciplinæ, gubernationis Eccleſiæ, & cultus divini publici in omnibus eſſentialibus quæ ad Eccleſiæ conſtitutionem & regimen pertinent. „ & re-

Et

Et in aliis quæ ex voluntate Dei necessariò non requiruntur ad Ecclesiæ constitutionem & regimen, h. e. non essentialibus cultus, tradidit certas & generales regulas secundum quas omnes res ad constitutionem & regimen Ecclesiæ non necessariæ dirigi debent.

Et Ecclesiæ potestati est permissum certos canones & formulas constituta præscribere, quibus res ad Ecclesiæ constitutionem & regimen à Deo non necessariò requisitæ, secundum generales Scripturæ regulas, et juris naturalis & sanctæ prudentiæ præceptis, ad Ecclesiæ ædificationem, ordinem, & decorem cultus divini, potestate Ecclesiasticâ præscribantur.

Quæstione in ores articulos soluta, respondemus articulatim, &

Dicimus 1.

Sacram Scripturam præscripsisse certam formam disciplinæ gubernationis Ecclesiæ, & cultus divini publici in omnibus essentialibus quæ ad Ecclesiæ constitutionem & regimen pertinent.

Terminos, disciplinam, gubernationem, constitutionem Ecclesiæ & ipsius regimen sub unicâ notione cultus includimus.

Cultus est vel naturalis, vel institutus; cultus institutus, est vel communis, vel Ecclesiasticus.

Cultus institutus est tota Λατρεία sacra à Christo ordinata cujus usu præscripto immedia-

diatè Deo inſervimus, communionem ſanctam cum eo exercentes, deferendo ei gloriam, & recipiendo ab eo gratiam.

In cultu illicito occultè latet & ſerpit dominatus Antichriſti; in cultu integro conſervatur dominatus Chriſti.

In cultu inſtituto conſideranda veniunt cultus ipſe, & adjuncta cultus. Alii aliter idem explicant: ſc. per cultus ſubſtantialia, & circumſtantialia; ſubſtantiam, & circumſubſtantias externas circa ordinem & decorem: modum eſſentialem, & modum accidentalem, cui reſpondere poteſt ordo eſſentialis & accidentalis, cum eſſentialis modus actuum religionis in ipſis actibus contineatur. Conſimiliter Ameſio nullus cultus dicendus eſt ſimpliciter accidentalis, quia habet in ſeſe eſſentiam ipſius cultus. *Med. lib. 2. c. 13. th. 22.*

Eſſentialia quæ cultum ipſum ingrediuntur, ſunt materia, ſc. ipſæ res ſacræ, prædicatio verbi, auditio verbi, preces, conſtitutio Eccleſiæ, officia, Sacramenta. Forma, eſt recta adminiſtratio rerum ſacrarum, h. e. exercitium clavium ex præſcripto.

Adjuncta cultus ſunt circumſtantiæ externæ circa ordinem & decorem: ut tempus, locus, habitus, geſtus, & ſimilia.

His præpoſitis, eſſentialia cultus in Scriptura determinari, probatur

Ex Scripturâ. Exod. 20. 4. 5. Vbi indicatur media omnia à Deo inſtituta, per prohibitionem mediorum omnium cultus ab hominibus *Ameſ. med. l. 2. cap. 13.*

bus excogitatorum sub titulo sculptilis & imaginis; vel cultus est in verbo determinatus, vel ab homine est excogitandus; vel ostendatur imperfecta enumeratio.

At non ab homine excogitandus;

Quia cultus ab hominibus excogitatus, est frustraneus. Matth. 15. 9. ἐθελοθρησκία Col. 2. 23.

Christus est artifex clavium: Ecclesia non efficit claves, sed recipit claves jam factas; est subjectum, non creatrix clavium. Matth. 16. 19. nec datur tertium. *Ergo*.

Ex naturâ cultus: cujus est deferre supremum honorem Deo in Christo, & esse medium gratiæ cultoribus. At Deus solus novit, quid sibi honorificum, ille solus potens conferre gratiam per hæc media: ejus autem est instituere medium, & reddere medium ad finem efficax.

Cui opponitur regimen humanum ἀνθρωπίνη κτίσις quia arbitrarium: illud est divinum & in verbo determinatum:

At regimini Ecclesiastico opponitur regimen humanum, quia arbitrarium. *Probatur* 1. Pet. 2. 13.

Amos. 3. *Pet.* 2. 13. Hæc est differentia inter munus Ecclesiasticum & civile; Ecclesiasticum non est legitimum nisi sit ab ipso Deo determinatum, atque adeò non potest ab hominibus mutari; sed civile hoc vel illud potest ab hominibus institui & mutari:

Quia Deus & Christus solum habent dominium in Ecclesiâ.

A comparatione cum cultu legali, cultus legalis

legalis fuit in Scripturâ determinatus, & duravit immutabilis per ſuum [illegible] μέχρι καιρὸν διορθώσεως. Heb. 9. 10. Ita & cultus Evangelicus debet eſſe immutabilis, uſque ad revelationem Ieſu Chriſti. 1. Timoth. 6. 13. nulla ratio poteſt dari in contrarium.

Cultus Eccleſiæ vel eſt determinatus, vel indeterminatus; non indeterminatus 1. quia talis cultus non poteſt fide præſtari.

Quod eſt indeterminatum, liberum eſt Eccleſiæ; quod autem liberum eſt Eccleſiæ ut ſic vel ſic fiat, & vel mutetur, vel abrogetur, & contrario modo fiat pro Eccleſiæ arbitrio, id cultui Dei eſſe non poteſt; alioqui Deus contrariis coleretur: cultus autem per univerſum mundum ad finem mundi idem eſſe debet. *Paræus 1. Cor. 14. 40.*

Totus mundus eandem rationem habet, quoad fidem, cultum, & omnia alia quæ ad conſcientiam ſpectant cum uno populo. *Bal. in. tom. 1. lib. 3. c. 7.*

Neceſſaria religionis capita determinantur in Scripturâ.

Cultus recenſetur inter neceſſaria religionis capita. Heb. 6. 2. ubi per impoſitionem manuum aliqui electionem notari volunt; per eam ſynecdochicè totam politiam Eccleſiaſticam. *Park. pol. lib. 1. cap 10. & lib. 3. cap. 16.*

Diſciplina eſt in ſubſtantialibus immutabilis. *Park. pol. lib. 2. cap. 15.*

Idololatriæ malitiam participant qui novas cæremonias propriè religioſas, aut nova media cultus in Eccleſiam Dei introducunt. *Bal. in. tom. 2. lib. 3. cap. 7.*

Dicimus 2.

Sacra Scriptura in aliis, quæ ex voluntate Dei necessariò non requiruntur ad Ecclesiæ constitutionem & regimen, h. e. non essentialibus cultus, tradidit certas & generales regulas secundum quas omnes ritus ad constitutionem & regimen Ecclesiæ non necessariæ dirigi debent.

Hinc hujusmodi constitutiones optimi Theologi dicuntur partim divinæ, partim humanæ, quia quoad primariam rationem ex voluntate Dei, quoad particularem observationem ex humanâ prudentiâ pendent. *Chemn. med. lib. 1. cap. 14. th. 27.*

De rebus non essentialibus cultui, & tamen ad ædificationem Ecclesiæ, ordinem, & decorem cultus pertinentibus, Scriptura tales tradidit regulas, quamvis non particulares, ut non possint homines Ecclesias inventionibus suis sub quolibet prætextu onerare; *Probatur* ex Inductione.

Fides, observantia, cultus, ἀδιάφορα, & adjuncta cultus, absolvunt quicquid præcipitur hominibus in Scripturâ.

Fides, observantia, cultus, præscribuntur in speciali: de cultu modo comprobatum est, de fide & observantiâ manifestius est, quam ut in præsenti negotio egeat probatione. ἐν ὑποκρίσει. Iac. 4. 12.

Libertas circa ἀδιάφορα regulatur duobus axiomatibus; primum habetur Rom. 14. 14. appellatur inquit Chamierus si placet regula conscientiæ. Secundum 1. Cor. 6. 10. & cap. 10. 23. appellatur regula prudentiæ. *Chamier. t. 3. lib. 13. cap. 7.*

Adjun-

Adjuncta cultus licèt non præscribuntur in particulari, determinantur tamen in generali multiplici ratione.

1. Respectu materiæ: non sunt cultus ipse, nedum circumstantiæ à cultu separabiles; sed inseparabiles ut tempus & locus.

2. Respectu finis: omnia ad ædificationem fiant. 1. Cor. 14. 26.

3. Respectu modi omnia; decenter & ordine fiant. 1. Cor. 14. 40.

4. Ex naturâ ipsarum rerum & circumstantiis occasionalibus: anne natura quidem ipsa nos docet? 1. Cor. 11. 14. ubi agit Apostolus de virorum & fæminarum decenti habitu, in conventibus publicis Ecclesiasticis.

Porrò determinantur aliquo modo in particulari, nempe ut fiant tali modo qui circumstantiis omnibus consideratis est maximè conveniens ædificationi.

Si nullus sit error hominis in hac circumstantiarum determinatione constituendâ, constitutio illa habenda est quasi simpliciter divina.

Dicimus 3.

Permissum est potestati Ecclesiæ certos canones & formulas constitutas præscribere; quibus res ad Ecclesiæ constitutionem & regimen à Deo non necessariò requisitæ, secundum generales Scripturæ regulas ex juris naturalis & sanctæ prudentiæ præceptis, ad Ecclesiæ ædificationem, ordinem & decorem cultus divini, potestate Ecclesiasticâ præscribantur.

Probatur 1. Cor. 14. 40. doctrina generalis *Parentis in loc*

talis hic traditur, leges de decore & ordine Ecclesiæ circa ritus & externam disciplinam esse Ecclesiæ libertati relictas.

Hinc istiusmodi constitutiones dicuntur Theologis aliquando leges partim divinæ, partim humanæ.

Calvin. Inst. lib. 4. cap. 10. sect. 5.

Aliquando leges humanæ ab Ecclesiâ latæ. Veruntamen hanc thesin justis limitibus circumscriptam desideramus.

1. Hujusmodi canones ab Ecclesiâ præscripti non sunt propriè leges.

Chem. tom 3. lib. 15. c. 12. Zan. contr. 3. l 4. cap. 15

Sunt canones ἀναγέλιας, non leges nisi latâ significatione Ecclesiasticâ. Διάταξις sive dispositio non verè lex est sed διατύπωσις aut canon.

Bell. cn. tom 2. l. 3. cap. 7.

Directiones ordinis & decoris non sunt leges.

Paræus. Cor. 2. 40. Wilet. in Exod. prax. 2. contr. 8. Bell. cn. ubi supra.

2. Neque ipsi canones, neque externæ illæ circumstantiæ cultus circa quas constituuntur, sunt pars cultus, & proinde eis Deus non colitur.

3. Hi canones seu constitutiones non obligant conscientiam per se.

4. Non mutant naturam rerum circa quas versantur.

5. In causis gravibus & dubiis Ecclesiæ alias mediatè vel immediatè attingentibus, Ecclesiæ ad eorum constitutionem procedere debent conciliariter, ita ut resolutio quæstionis sit penes Synodum, constitutio Ecclesiastica penes Ecclesiam.

CAP.

CAP. XIII.

Quæstio.

AN liceat uti formulis precum, administrationum Sacramentorum, &c. præ„scriptis in Ecclesiâ; & an reæ sint Ecclesiæ „quæ illis utuntur superstitionis cultus vo„luntarii, & violati præcepti secundi; & an „cum Ecclesiis illis communionem colere „liceat, ubi tales formæ in publico cultu „sunt in usu; & an fideli non incumbit ut „se separet, & sejungat ab ejusmodi Eccle„siâ, nisi in cultu superstitioso imaginum par„ticipare velit?

Resp. Observatis observandis, licitum esse potest uti formulis precum, administrationum Sacramentorum &c. præscriptis in Ecclesiâ, neque reæ sunt Ecclesiæ quæ illis utuntur superstitionis cultus voluntarii & violati præcepti secundi; etiam cum Ecclesiis illis communionem colere licet, ubi tales formæ in publico cultu sunt in usu; neque fideli incumbit ut se separet & sejungat ab ejusmodi Ecclesiâ nisi in cultu superstitioso imaginum participare velit.

Uniformitas Ecclesiarum in cultu publico optimè conservatur directorio summa genera rerum agendarum, earumq; seriem indicante, & ut omnia per singulas administrationes secundum ordinem & decorem, & ad ædificationem

tionem fiant, procurante, quod & nos valdè probamus.

Partem concionatoriam & precativam in Sacramentorum administratione formulis præscriptis Scriptura nusquam tradidit, formulam verborum, in Baptismo & verbis consecrationis in cœnâ præscriptâ agnoscimus; ubi tamen τὸ ἀπαρτὲς non nimis urgendum, cum idem Baptismus eadem prorsus verborum formula non semper perficitur, licèt ego te baptizo in nomine &c. sit forma receptissima; etiam Evangelistæ in verbis consecrationis tradendis nec inter se, vel cum Apostolo Paulo per omnia verbo tenus consentiunt.

De præscripto ritu à Iudæis observato in celebratione Paschatis loquitur Beza in Mat. 26. 20. ubi citat Paulum Burgensem & Scaligerum; item Ainsworthus in Exod. 12. 28. Cassander Liturg. cap. 1. eorum praxin nobis eatenus proponimus imitandam quatenus nititur verbo Dei, & confirmatur exemplo Christi paschatizantis.

Denuo quoniam in toto hoc quæsito, nosmet in controversâ circa formulam præscriptam precum præcipuè tentatos existimamus, quid in eo articulo sentimus; explicare aggrediemur.

Formulæ precum præscriptæ quàm non sint cultus ipse, sed duntaxat adjuncta separabilia cultus; ut de eorum usu sive legitimo sive illegitimo quibus ferantur sententiis: examinandæ sunt vel quoad se, vel quoad circumstantias, vel quoad personas eis utentes

idoneitate ministeriali ad preces concepta habendas, destitutas; vel quoad personas eis utentes ministeriali idoneitate hoc nomine imbutas.

Secundùm hanc quadruplicem considerationem, sententiam nostram in hoc articulo quatuor thesibus proponemus,

Thes. 1. Omnes formulæ cultus aut precum præscriptæ, materialiter vel formaliter vitiosæ, sunt in se illicitæ, & proinde rejiciendæ.

Hujusmodi sunt quæ in se continent ritus idololatricos, vel superstitiosos, vel typhum mundanum, vel aliquid directè oppositum ædificationi, decori & ordini, ubi tamen justo discrimine distinguendum inter communionem cum Ecclesiâ quæ utitur, & quâ utitur tali cultu vitioso.

Communio cum Ecclesiâ quâ utitur cultu per se illicito est illicita; communio cum Ecclesiâ quæ utitur, nimirum in reliquo cultu licito, est licita, & separatio ab eâ illicita.

Thes. 2. Usus formularum præscriptarum in se licitarum, potest esse illicitus ex circumstantiis illicitis;

Quales sunt modus impositionis tyrannicus repugnans libertati Ecclesiæ; opinio simplicis necessitatis ex necessitate præcepti vel cultus propriè dicti: vel aliæ circumstantiæ peccaminosæ; in hoc casu Ecclesia est rea superstitionis & violati præcepti secundi; potest tamen fidelis non modò communicare cum Ecclesiâ quæ utitur, sed etiam quâ utitur tali cultu, sed non cum opinione quâ

abutitur; h. e. potest communicare cum cultu, non communicando cum reatu, regulis observatis, de quibus infra in quæstione de Separatione & schismate, quæsito ultimo.

Thes. 3. Vsus formularum præscriptarum in se licitarum in Ecclesiâ Pastore ad novas petitiones κατὰ τὸ πρέπον coram toto cœtu concipiendas ministerialiter idoneo, adeò destitutâ, ut nullâ aliâ ratione necessitas ejus commodè sublevari potest, pro tempore videtur esse licitus; atqui acquiescentia Ecclesiæ in tali statu est omni tempore illicita; & cum jam tempus instare speramus, quando Deus eoulque miserebitur Sionis, ut tempus earum non erit amplius, eis ullo modo velificari intempestivum ducimus.

Dicimus primò usum formularum præscriptarum in tali statu nobis videri esse licitum.

Quia formula præscripta potest adeò componi, ut adsint omnia in precatione legitimâ requisita, & absint omnia repugnantia.

Quia in tali casu insufficientiæ ministerialis, præstat Deum modo aliquo legitimo coli, quàm vel cultum omitti, vel non κατὰ τὸ πρέπον peragi.

Dicimus 2.

Acquiescentiam Ecclesiæ in tali statu nobis videri esse illicitam.

Quia deest exemplum probatum istiusmodi πράξεως in Scripturâ.

Quia formulæ præscriptæ patrocinantur ministerio inidoneo; requiritur enim in Ministris,

vistis, ut instructi sint ad ædificationem Ecclesiæ non donis alienis sed propriis, tàm supplicationis quam prædicationis.

Æquum judicant Apostoli ut mensarum curâ depositâ, in precibus & administratione sermonis perdurent. Actor 6.4.

Si sufficiat ex libro precari, quid non & ex libro concionari sufficiat?

Thes. 4. Formulæ precum præscriptæ per se licitæ in Ecclesiâ Pastore idoneitate ministeriali imbuto, ad partem cultus precativam κατὰ τὸ πρέπον coram toto cœtu exercendam videntur esse illicitæ, utpote res defectus in religiositate.

Quia istiusmodi formulæ praxis discedit ab exemplo Ecclesiæ Judaicæ & Ecclesiarum Apostolicarum ἀπερίγραπτος.

Quia materia precum, puta confessiones, petitiones, & gratiarum actiones ob necessitates continuò ingruentes magis plenam & particularem repræsentationem postulat quàm per formulas præscriptas convenienter fieri potest.

Quoniam propria & libera explicatio suspiriorum præsentaneorum, & propriorum magis facit ad excitandos, fovendos & permovendos affectus quam quævis præscripta formula.

Quia inter orandum Deus solet in cordibus nostris excitare speciales affectus, qui sæpè impediuntur & extinguuntur præscriptæ formulæ adhærendo.

Quia in propriâ elocutione desideriorum nostrorum, verba sequuntur affectus quod multùm

multum juvat; at in usu formulæ præscriptæ affectus sequuntur verba, quod eis non parum obest,

Quia circumscribit imò sæpius constringit spiritum tali afflatu Ministrorum cordibus interpellantem, qualis per clamores proprios, potius quàm per alienas formulas descriptas, sese effundere & potest, & conatur.

Agnoscimus formulas cantionum & precationum in scripturis præscriptas quibus sancti Deum laudabiliter celebrarunt & invocarunt;

Quales sunt,

Psalmus Eucharisticus à Davide traditus in manum Asaphi & cognatorum ejus, ut hymnum hunc canendo Deum propter deportationem Arcæ in locum suum celebrarent. 1. Chr. 16. 7.

Psalmus 136. præscriptus, quem Musici debantabant in dedicatione templi. 2. Chron. 7. 6.

Item idem Psalmus, nimirum 136. cujus decantatione Musici h. e. Levitæ laudant Deum, fide victoriæ promissæ, & superant inimicos. 2. Chron. 20. 21.

Cantica tradita quibus Sacerdotes & Levitæ laudabant Iehovam in fundatione templi. Ezræ cap. 3. 10.

Psalmus nonagesimus secundus cujus titulus indicat eum præscriptum fuisse, ut die Sabbathi publicè præcineretur.

Psalmus 102. partim precativus, compositus in usum populi Judaici in Babylonia;

ut

ut & pro quovis paupere cum obtruitur; u[t] percipitur ex argumento.

Et quæcunque reperiuntur consimilis rationis.

Hæ autem formulæ (dicimus) & quæcunque ejusmodi in sacrâ paginâ habentur, nostræ assertioni nullâ ex parte refragantur.

Siquidem formulæ in Scripturis præscriptæ erant inspirationis & institutionis divinæ; formulæ controversiæ sunt constitutionis Ecclesiasticæ.

Illæ usus occasionalis, hæ fixi.

Illæ ad breviorem aliquam cultus partem erequendam datæ; hæ autem ad λειτουργίαν precativam integrandam factæ sunt.

Illæ erant Ecclesiis adjumento, hæ verò impedimento, ut liquet ex argumentis modò allegatis.

Illas cum Ecclesia Judaica pro instituto sanctè observaverit, hasce apud populum Dei hac temporis in usu fuisse nullo modo ex Scripturis innotescit.

Neque nobis magis adversatur formula typicæ benedictionis sacerdotalis, Num. 6. 22. &c. ob rationes jam positas.

Argumenta ex formulâ præscriptâ orationis dominicæ in adversum desumpta, nullo negotio ex dictis diluantur: quare non est quod eo nomine in hâc thesi confirmandâ operosiùs nos geramus, cum accedant etiam argumenta tùm ex Scripturâ, tùm ex consensu sanioium interpretum passim suffragante, eam non præscriptam esse ut formulam verborum à nobis in precatione con-

stanter

ſtanter obſervandam; ſed ut exemplar, vel ideam, ſecundum quam orationes noſtras dirigere debemus.

Cum ergo nec Chriſtus voluit, nec extraordinarii Miniſtri potuerunt per eorum formulas præſcriptas vel impedire, vel nobis adimere libertatem utendi aliis, & pluribus verbis in precando, quibus gemitus noſtros pleniori & ſpecialiori modo exponeremus; tùm Miniſtris ordinariis eam libertatem vel impedire, vel adimere multò minùs concedendum eſt.

Formula præſcripta precum in ſe licita, ſecluſo vitio exceſſus in circumſtantiis, non poteſt eſſe rea ſuperſtitionis, quia ſuperſtitio eſt vitium religioni contrarium per exceſſum; ſed peccat ex defectu religioſitatis, in eo quod adminiculum cultus minus excellens, nempe formulam præſcriptam in ſe licitam ſubſtituit loco adminiculi excellentioris, nempe doni Paſtoris miniſterialiter idonei τὸ φάρισμα τῦ πνεύματος, & neceſſitates ingruentes Eccleſiæ ſpecialiori modo coram Deo, prout res poſtulaverit repræſentare.

Separatio à tali Eccleſiâ quare illicita, & communio cum eâ quomodo integrâ fide continuanda, dicetur infra de Separatione & Schiſmate.

CAP.

CAP. XIV.

De Stipendiis Miniſtrorum.

Quæſtio.

AN illegitimum ſit quod Miniſtri Eccleſiæ vivant ex ſtatis & certis Stipendiis, „ſed quod ex voluntariâ Eccleſiæ contribu„tione vitam ſuſtentare debeant, ſi juſtè & „legitimè vivere velint?

Reſp. Non eſt legitimum quod Miniſtri Eccleſiæ vivant ex ſtatis & certis Stipendiis; nec requiritur ut ex voluntariâ Eccleſiæ contributione vitam ſuſtentare debeant, ſi juſtè & legitimè vivere velint.

Hæc quæſtioni plenius reſpondetur tribus propoſitionibus.

Propoſ. 1. Veris legitimiſque Miniſtris ſua debentur Stipendia ab auditoribus, & pro ſtatu loci liberalia, ut juſta merces pro officio. Patet aſſertio 1. ex jure naturæ, ſcil. quo merces debetur operario, unde ſtabilitur proverbiale dictum, naturæ vocem confirmatum. Luc. 10. 7.

Propoſ. 2. Ex jure gentium. Gen. 47. 22. Rex Ethnicus etiam tempore famis curat dimenſum dari Sacerdotibus.

Propoſ. 3. Ex jure poſitivo in Veteri & Novo Teſtamento.

Propoſ.

Prop. 4. Ex justitiâ commutativâ. 1. Cor. 9. 11.

Object. Math. 10, 8. Gratis accepistis, gratis date.

Sol. Possunt verba intelligi de miraculosis sanationibus, non de administratione verbi; ita Paræus, sanate ægrotos, sublevate afflictos, non pro mercede aut pecuniâ, sed pro gratuitâ beneficentiâ.

Clariùs Piscator, Christus hìc potissimum loquitur de miraculosis sanationibus, pro quibus non vult ut pecuniam accipiant.

Non potest autem intelligi de non accipiendo Stipendio; siquidem ipsi Apostoli acceperunt alimenta pro labore suo ab auditoribus; & Paulus Stipendium accepit ab Europæis Ecclesiis, ut Achaicis gratis serviret.

Ad hæc, nondum eadem ratio Apostolorum immediatè inspiratorum, & aliorum Ministrorum non nisi studio, præviâ industriâ & educatione sæpius sumptuosâ, mediantibus donis ministerialibus, à S. Sancto indutorum.

Sed dato, Christum hìc loqui non tantùm de miraculosis sanationibus, sed etiam de administratione verbi:

Improbantur tamen non qui ex Evangelio vivunt, sed qui verbum componantur. 1. Tim. 1. 3. Tit. 1, 7. quo sensu, nec incommodum, nec inutilem, judicat Daræus distinctionem Scholasticorum ubi distinguunt inter illud quod accipitur tanquam pretium operæ, & illud quod accipitur tanquam sustentatio vitæ.

Danaus. 1. *Tim.* 5. 18.

Item

Item Durandus ad quem lectorem amandat Damen, distinguit inter accipere pecuniam pro pretio; puta prædicationis, & pro sustentatione prædicantis; *Durand. l. 4. dist. 25. q. 2. vide Estium l. 4. dist. 25. §. 12. 13.*

Aptissimè Zanchius distinguit inter Evangelium quod datur, & laborem Ministri quo illud datur pro Evangelio nihil recipiendum; gratis acceptum, gratis dandum: at pro labore debetur stipendium, quia dignus est operarius mercede sua.

Obiect. 3. Exemplum Paul. 1. Cor. 9. 12. & cap. 9. 6v &c.

Resp. Est fallacia non causæ pro causâ.

Causa non acceptionis stipendii non fuit quia non licebat, sed ut præscinderet causam calumniandi Pseudo-Apostolis, & ut usitatum prædicandi Evangelium Corinthiis sibi præficeret, parcendo eorum sumptui.

Propos. 4. Præstat Ministros vivere ex certis & fixis stipendiis, quàm ex meræ voluntariâ contributione.

A merâ stipendii quod dicitur μόδος Luc. 10. 7. honor Presbyterorum. 1. Tim. 5. 17. Modus ergo solutionis debet esse honorificus Ministris. *Damen in loc.*

Magis autem honorificum est recipienti quod tribuitur per modum debiti, & voluntarii, quàm quod tribuitur per modum debiti, licèt voluntarii.

Honorificum magis est danti, quàm recipienti, quod tribuitur per modum voluntarii, sed non debiti.

Est pars debiti ut solvatur modo debito i. e. honorifico.

2. Ex

2. Ex parte auditorum, cujus contributio si quoad summam à propriâ voluntate pendeat, timendum ne sibi ipsis plùs justo parcentes, & ipsi peccent, & Ministris fraudi sint.

3. Ex parte Ministrorum qui certo salario gaudentes eò parationes erunt in precibus, & administratione sermonis perdurare.

4. Propter finem Ministrii; sc. ædificationem Ecclesiæ quam à ministerio pendentis contributionis tentaminibus soluto; magis ædificari spes est, quod hujusmodi ministerium in administrationibus suis non est adeò expositum obliquitati spe lucri, vel metu damni, ac Ministerium arbitrariâ contributione sustentatum.

Zanch. prac. 4. Certis & liberalibus stipendiis, quæ à voluntate auditorum non pendent, alium, & fovetur *παρρησία* Evangelica in Ministris, quâ certè nihil utilius & salutarius Ecclesiis, esse potest.

Propos. 2. Christiani Magistratus est, si Ecclesiæ Ministris suis non sufficienter prospicerent, curare ut sua habeant unde sustententur stipendia.

Esa. 49. 23. Mat. 13. 10. Erunt Reges nutritii tui & fœminæ principes eorum nutrices tuæ.

Magistratus est custos utriusque tabulæ.

CAP.

CAP. XV.

De Magistratu Politico.

Quæstio.

AN Magistratui Christiano competat supremum in rebus Ecclesiasticis judicium, & ultima ad eum provocatio sic instituenda, ita ut Ecclesiæ membra inter se de causis purè Ecclesiasticis dissidentia, per nullam aliam in terris potestatem in ordinem redigi debeant, quàm per Magistratus civiles?

Resp. Magistratui Christiano non competit supremum in rebus Ecclesiasticis judicium, nec ultima ad eum provocatio est instituenda; sed Ecclesiæ membra inter se de causis purè Ecclesiasticis dissidentia, per aliam in terris potestatem (nimirum Ecclesiasticam) in ordinem redigi debent, præterquam per Magistratus civiles.

Sententia nostra in hac causa fusiùs & clariùs declarabitur solvendo responsionem in duas assertiones, earúmque ordine confirmando.

Assert. 1. Magistratui Christiano non competit supremum in rebus Ecclesiasticis judicium.

1. Quia idem subjectum sive personale,

sive sociale, est incapax utriusque gladii. Mat. 20. 25. 26.

Argumenta Papistarum & Formalistarum in contrarium trita, & in nostris contrita satis.

2. Quia Magistratus Christianus ut sic, non agit vocatione Christi ut capitis Ecclesiæ, quod proprium est omni judicio Ecclesiastico.

3. Supremum judicium Ecclesiasticum competit solum eis qui exercent judicium suum ex vocatione Ecclesiastica.

4. Supremum judicium Ecclesiasticum competit tantum membris alicujus Ecclesiæ particularis; at Magistratus Christianus qui sic, non est membrum alicujus Ecclesiæ; potest enim esse Magistratus Christianus qui non est membrum Ecclesiæ; potest aliquis esse Magistratus Christianus & tamen esse excommunicatus.

5. Quia non competit Magistratui publica definitio quæstionum Ecclesiasticarum, patet à donis, & vocatione singulari ad hoc opus, viris Ecclesiasticis propria; à natura quæstionum quia sunt meræ Ecclesiasticæ; item à modo definitionis qui est ministerialis; magistratica autem sententia est imperialis; hinc Ecclesiæ appellant Magistratum in causis Ecclesiæ, non ad doctrinam declarandam, vel disciplinam exequendam, sed ad doctrinam à Concilio declaratam, vel disciplinam ab Ecclesiâ applicatam sanctione civili confirmandam.

Dubium. Quale jus habet Magistratus circa Ecclesiastica?

Resp.

Resp. Potest & debet Magistratus cognoscere & judicare causas Ecclesiæ ex officio; sed hoc judicium Magistratus non est Ecclesiasticum, sed judiciale discretivum circa Ecclesiastica.

Potestatem jurisdictionis Magistratus in Ecclesiasticis, si quis dicat Ecclesiasticam, intelligendum est non formaliter, sed objectivè.

Potestas Ecclesiastica dupliciter dicitur, Propriè quæ ab Ecclesiasticis exercetur; Improprie quæ circa Ecclesiasticas personas & causas. Hæc reperiur in civili Magistratu.

Quæ distinctio ex memorabili dicto Constantini Magni ad Episcopos peritur, Vos estis Episcopi in Ecclesiâ; ego extra Ecclesiam, seu Templum, à Deo sum Episcopus constitutus.

Adeò ut juxta dictum Constantini à nostris passim celebratum, Magistratus est Episcopus extra Ecclesiam.

Summa. Magistratus habet potestatem Ecclesiasticam mandatoriè, non administratoriè, h. e. tenetur ex officio de religione cognoscere, curare, & mediis civilibus procurare, ut pura religio vigeat in Ecclesiâ secundum verbum Dei; sed in rebus mere Ecclesiasticis, non debet sese immediatè immiscere.

Assert. 2. Vltima provocatio Ecclesiastica ad Magistratum, non est instituenda: sed Ecclesiæ membra inter se de causis mere Ecclesiasticis dissidentia, per aliquam aliam materiam potestatem (nimirum Ecclesiasticam) in

ordinem redigi debent, præterquam per Magistratus civiles.

Probatur Assertio per partes.

Provocatio sive appellatio in Ecclesiasticis, ab illo judice Ecclesiastico, cujus ex ore suprema sententia ministerialis, Christi summi judicis Ecclesiastici ex instituto promittitur, ad alium judicem non-Ecclesiasticum, cui nulla talis facta promissio, est illicita.

At provocatio in præsentiarum est ejusmodi.

Quia suprema sententia Ecclesiastica (τῷ Ecclesiastica late sumpto, adeòque notante quamlibet actionem fluentem ab Ecclesiâ qua sic, sive mediatè, sive immediate) absolvitur trimembri ejus distributione, de quâ antea; scil. in Officiariam summam quoad officialem prædicationem veritatis; Synodalem summam quoad solutionem quæstionis; Iudicialem summam quoad censuram causæ. Primæ Christus promisit præsentiam suam Ecclesiasticam. Mat. 28. & alibi. Secundæ (licèt implicitè) Actor. 15. 28. Tertiæ Matth. 18. 18.

Magistratum verò, neque esse judicem Ecclesiasticum, nedum Ecclesiasticæ hujusmodi promissionis participem, manifestum est, non solùm ex prædictis, sed etiam ex re ipsâ.

Quia ejusmodi provocatio constitueret Magistratum, præcipuè Monarcham caput Ecclesiæ, quia definiret causas Ecclesiæ imperiali-

ter,

rialiter, & solus; unde uti Papistæ tollendo judicium discretivum à regibus in rebus Ecclesiæ, faciunt reges mancipia: ita & hujusmodi provocatio faceret reges Papas.

Ejulmodi appellatio subordinaret politiam sacram civili; sunt autem coordinatæ, neutra subordinata.

Probatur posterior pars Assertionis;

Scil. Membra Ecclesiæ in causis meræ Ecclesiasticis dissidentia debere per aliquam aliam interris potestatem (nempe Ecclesiasticam) in ordinem redigi, præterquam per Magistratus civiles.

A sufficientiâ politiæ Ecclesiasticæ ad suum finem: uti autem sub potestatem politiæ civilis cadit dare leges, & cogere subditos medijs secularibus, ad obedientiam; pariter & sub potestatem sacræ cadit declarare legem divinam, & cogere subditos suos, sc. membra Ecclesiæ ad observantiam, h. e. redigere in ordinem.

Perfecta fuit spiritualis politia, & quoad esse, & quoad operari temporibus Apostolicis, nullo existente Magistratu Christiano.

Ab exemplo Ecclesiæ Antiochenæ temporibus Apostolicis. Actor. 15. 31. quæ acquievit in sententiâ Synodi: quod idem justè colligi potest in Ecclesiis insequentibus per trecentos circiter annos.

Dubium. Anne Magistratus in causis religionis semper pendet à sententiâ Synodali, adeò ut nunquam nisi præcedente judicio su-

premo Ecclesiastico, vel formaliter, vel saltem interpretativè procedere potest ad reformationem?

Resp. In causâ dubiâ & statu Ecclesiastico integro, non debet Magistratus Concilio inconsulto & contrasentiente istiusmodi dubiorum observantiam civili authoritate sancire.

Quia in Ecclesiâ constitutâ Magistratus est ovis, & in ordine ad spiritualia, habet suos Pastores & Doctores, à quibus tanquam discipulus à Doctoribus ordinariò pendere debet.

2. Quia appellatio à supremo & legitimo Concilio ad quodvis civile judicium in terris, est violatio & renunciatio Ecclesiastici ordinis.

Paraeus Rom. 13. dub. 5. arg. 5. Paraeus quamvis doceat Magistratus Christianè esse non solùm apprehensivè & discretivè, sed & definitivè de religione judicare, vult tamen ut id faciat ordinatè per media debita, & juxta normam; media inquit sunt Theologi periti, prudentes, pii, orthodoxi; norma est verbum Dei.

Synop. cont. arr. 108. 1. Willerus judicat expedire ut Princeps sanciendo ritus Ecclesiasticos consulat cum pio & erudito clero, nisi tempora adeò corrupta sint, ut gubernatores Ecclesiæ sint religionis inimici.

Rivet. in praecept. 5. de iure Magist. Negat Rivetus Magistratum posse deponere Ministrum formaliter; concedit posse deponere mandato; sed depositio inquit legitime fieri non potest nisi vocatis & consultis, qui jus eligendi habuerunt; idem judicium

ditium de cæteris rebus Ecclesiasticis.

In causâ manifestâ & statu Ecclesiæ corrupto, & incorrigibili, tenetur Magistratus curare causam religionis juxta verbum Dei, vel renuente ordine Ecclesiastico; hoc autem præstat non ut judex Ecclesiasticus, sed ut defensor fidei: ordine collapso, ratio ipsa clamat aliquo remedio extraordinario opus esse, tùm ad ordinem, tùm ad religionem restituendam.

Nato & deficiente conjunctione Magistratus, potest aliquid Ecclesia extra ordinem facere quod ordinariè non potest: & contra deficiente Ecclesiâ ab officio suo, potest Magistratus extra ordinem procurare ut Ecclesia ad officium redeat. *Jun. contr. 4. lib. 1. cap. 12.*

Propositiones quædam judicium nostrum in hac quæstione plenius exhibentes.

1. Dominus Deus summus & solus legislator, ex libero beneplacito dedit legem regulam universalis obedientiæ.

2. Deus ex eodem libero beneplacito instituit duas politias, quarum exercitio homines conservarentur in obedientiâ legis.

Etiam à Christo mediatore judicio magnorum Theologorum videtur esse Christianus Magistratus mediatè, uti Presbyteri sunt à Christo immediatè. *Polanus synt. l. 7. c. 19. Parant. in Apoc. c. 17.*

Dicebat Nazianzenus Magistratum civilem Χριστῷ συναρχὸν, Χριστῷ συμβασιλεῖν.

3. Quemadmodum unus legislator est author utriusque politias, ita custodia ejusdem

legis, sc. utriusque tabulæ, est depositum apud utramque politiam.

4. Hæ politiæ distinguuntur materialiter; materia civilis sunt τὰ βιωτικὰ, sacræ τὰ πνευματικὰ: & formaliter quia distinguuntur ordine administrationis, qui est forma politias; ordo civilis est humanus & mutabilis; ordo Ecclesiasticus est divinus & immutabilis; discriminantur veluti quæ non sunt ex hoc mundo, & quæ sunt ex hoc mundo.

Johan. 18. 36

5. Ambæ politiæ sunt coordinatæ, non subordinatæ.

6. Ambæ hæ politiæ coordinatæ, sunt reciprocè coadjutrices, ita ut politia civilis sanciat causas Ecclesiæ ferendo leges humanas, & executione pœnarum civilium; politia Ecclesiastica succurrit causis reipublicæ, declarando legem divinam & executione pœnarum spiritualium.

Amos. med. lib. 2. cap. 17. th. 49.

Nulla enim res, persona aut causa est adeò Ecclesiastica quin aliquâ ratione pertineat ad jurisdictionem Magistratus; neque ulla est actio adeò secularis (modò ab Ecclesiæ membro præstetur) quin quatenus observantiam erga Deum respicit, pertinere possit ad Ecclesiasticam cognitionem.

7. Sanctio hæc reciproca est accumulativa, non privativa: politia adjuvans confirmat, non diminuit politiam adjutam; politia civilis sanctionibus suis succurrens Ecclesiasticæ, non negat summitatem, vel sufficientiam ejus ad suum finem; tantùm dicit pertinaciam in membris aliquando non sine concursu utriusque politias curabilem: & è conversò,

si

si non redigatur membrum peccans in ordinem, tenetur tamen redigi virtute præcepti; quod non redigitur est ex contumaciâ peccantis, non ex defectu medii; politia juxta instituta Christi executa, semper assequitur finem suum: primarium, si peccans curetur; secundarium, si peccans corrigatur, licèt non curetur.

Membra harum politiarum coordinatarum, sunt subordinata, ita ut Magistratus supremus in malâ administratione, ut & propter alia scandala, subjicitur potestati clavium, & Ministri propter malas administrationes Ecclesiasticas, ut & propter alia delicta, subjiciuntur civili gladio.

Magistratus Christianus membrum Ecclesiæ, subjicitur politiæ Ecclesiasticæ quia frater. Matth. 18. quia ita promittit Scriptura. Isa. 49. 23. Reges, & fœminæ principes vultu in terram demisso incurvabunt se tibi, pulveremque pedum tuorum lingent. Psal. 2. Osculamini filium. Notora sunt exempla Theodosii & Valentiniani atque aliorum, quàm ut hoc in loco describantur.

CAP.

CAP. XVI.

De Separatione seu Schismate.

Quæstio.

AN nemo legitimè sese adjungere possit in communionem illius Ecclesiæ, in „ quâ omnibus Dei institutis frui non detur; „ aut in quâ, corruptio aliqua in publico „ Dei cultu, absque debita reformatione „ toleratur, aut tales ad Sacramentorum „ participationem admittuntur, qui nulla „ evidentia resipiscentiæ, & fidei signa, seu ope„ ra edunt, sed mundi amorem in multis præ „ se ferunt; & si tali Ecclesiæ sese adjun„ gat, an reatu constringatur, & impietati„ bus aliorum communicetur; Proindè an „ à tali Ecclesiâ sit recedendum?

Resp. Ad totam hanc quæstionem respondetur, primò conjunctim, deinde figillatim; explicando & confirmando responsionem per partes.

Primò conjunctim sic.

Fidelis legitimè sese adjungere potest in communionem illius Ecclesiæ, in quâ omnibus Dei institutis frui non datur: aut in quâ corruptio aliqua in publico Dei cultu absque debitâ reformatione toleratur, aut tales ad Sacramentorum participationem admittuntur, qui nulla evidentia resipiscentiæ & fidei signa seu opera edunt, sed mundi amorem

amorem, in multis præ ſe ferunt: & ſi tali Eccleſiæ ſeſe adjungat, non proinde rectè conſtringitur, & impuritatibus aliorum commaculatur, nec proinde à tali Eccleſiâ eſt ei ſecedendum, h. e. ſeparandum.

Pro explicatione & confirmatione reſponſi, explicabimus Terminos, Schiſma, Separationem, Seceſſionem.

Schiſma eſt illicita Separatio à communione Eccleſiæ; ſemper grande peccatum.

Separatio eſt diſceſſus à communione Eccleſiæ; eſtque totalis, quando fit diſceſſus à tali cœtu quâ Eccleſiâ: & conſequenter, rejectio omnis communionis Eccleſiaſticæ cum eâ ſocietate. Vel partialis, ubi non fit diſceſſus à cœtu quâ Eccleſia; ſed licèt agnoſcimus Eccleſiam, recuſamus tamen cum eâ in nonnullis actionibus Eccleſiaſticis communionẽ habere.

Vtraque ſeparatio quando licita, vel illicita, patebit in ſequentibus.

Seceſſio mera, & licita neque eſt Schiſma, nedum Separatio, ſive totalis, ſive partialis: ſed tranſitio perſonæ ab unâ Eccleſiâ in aliam; ſive à purâ ad puriorem, cujus puritatis gratiâ; vel à purâ ad puram, aliis juſtis de cauſis.

His explicatis, procedit reſponſio ſyllatim ad partes quæſtionis.

Dicimus 1.

Quamvis ſemper arctè tenendum, & ſemper profitendum, è veris puriorem Eccleſiam

quoad

quoad fieri poteſt eſſe eligendam: fideli tamen poteſt ſeſe legitimè adjungere in communionem illius Eccleſiæ, in quâ omnibus Dei inſtitutis frui non datur; ſive hæc carentia inſtitutorum ſit inculpabilis, ſive culpabilis, eaque per negligentiam vel per renuentiam.

Primò probatur in caſu carentiæ inculpabilis.

Licèt fideli ſeſe adjungere Eccleſiæ inorganicæ, ubi deficiente presbyterio neceſſariò deſunt plurima inſtituta Dei.

1. Sam. 6. 1. Abfuit Arca ab Iſraele per ſpatium ſeptem menſium; quis tamen dubitat licitum fuiſſe Proſelytis, tunc temporis, ſeſe Eccleſiæ Iſraeliticæ adjunxiſſe?

Esdr. in Ezr. 6. 63. Vrim & Thumim defuere Eccleſiæ, à tempore Captivitatis: nec unquam reſtituebantur.

Secundò in caſu carentiæ culpabilis per negligentiam.

Abfuit Arca à Tabernaculo à temporibus Eli. 1. Sam. 4. 11. uſque ad tempora Davidis 2. Sam. 6. 17.

Scribon. in 1. Sam. cap. 25. quæſt. 23. Eccleſia Iudaica omiſit celebrationem Feſti Tabernaculorum per ſpatium penè mille annorum. Neh. 8. 17. 18.

Tertiò in caſu carentiæ culpabilis per renuentiam inſtitutorum Dei.

In Eccleſiâ Iudaicâ non debuit frui inſtitutis Dei; rejecerunt enim Sacerdotes & Seniores, non tantùm Iohannem, ſed & do-

Matth. 21. 25.

Ctrinam

ctrinam & baptiſmum Iohannis, licebat interim hominibus ſeſe illis adjungere.

Scribæ rejecerunt baptiſma Iohannis. Marc. 11. 27. 31. & tamen Scribæ ſedentes in Moſis Cathedrâ ſunt audiendi; quorum auctoritas qualis ibi loci intelligitur, innuit conjunctionem Eccleſiæ Iudaicæ. *Matth.* 23. 2. 3.

Ex comparatione Eccleſiæ tolerantis rejectionem articuli fidei, cum Eccleſiâ rejiciente inſtitutum Dei.

Rejectio temporaria articuli fidei in Eccleſiâ tolerata eſt majus malum, quàm rejectio alicujus inſtituti.

In Eccleſiâ Corinthiacâ multi reſurrectionem mortuorum negabant & ludibrio habebant, atque hæc corruptela in Eccleſiâ tolerata: nec tamen in reformatione Eccleſiæ, vel Apoſtolus ſtatim prohibet unionem cum Eccleſiâ, vel præcipit ſeparationem ab Eccleſiâ.

Tolerata ſaltem eſt in Eccleſiis Galaticis rejectio doctrinæ juſtificationis per fidem; ubi fuere qui ſentiebant præter fidem opera, moralia & ceremonialia ad ſalutem neceſſaria; quam ἑτεροδιδασκαλίαν, vocat aliud Evangelium. *Gal.* 1. 6.

Majus autem hoc malum quàm ſi non daretur ſtrui aliquo inſtituto; tamen non exinde ceſſabant eſſe Eccleſiæ. *Gal.* 1. 2.

Eſſe ergo membrum in Eccleſiâ Galaticâ, multò magis in Corinthiacâ, fuit adhuc licitum; & per conſequens, ſub reatu peccati non tenebantur ad præſentaneam ſeparationem, ſed in ſtatuine ſuâ potuerunt bonâ conſcien-

CAP. XVI.

De Separatione seu Schismate.

Quæstio.

AN nemo legitimè sese adjungere possit in communionem illius Ecclesiæ, in „ quâ omnibus Dei institutis frui non detur; „ aut in quâ, corruptio aliqua in publico „ Dei cultu, absque debitâ reformatione „ toleratur, aut tales ad Sacramentorum „ participationem admittuntur, qui nulla „ evidentia resipiscentiæ, & fidei signa, seu ope„ ra edunt, sed mundi amorem in multis præ „ se ferunt; & si tali Ecclesiæ sese adjun„ gat, an reatu constringatur, & impietati„ bus aliorum communicetur; Proindè an „ à talli Ecclesiâ sit secedendum?

Resp. Ad totam hanc quæstionem respondetur, primò conjunctim, deinde sigillatim; explicando & confirmando responsionem per partes.

Primò conjunctim sic.

Fidelis legitimè sese adjungere potest in communionem illius Ecclesiæ, in quâ omnibus Dei institutis frui non datur: aut in quâ corruptio aliqua in publico Dei cultu absque debitâ reformatione toleratur, aut tales ad Sacramentorum participationem admittuntur, qui nulla evidentia resipiscentiæ & fidei signa seu opera edunt, sed mundi amorem

amorem, in nullis præ se ferunt: & si tali Ecclesiæ sese adjungat, non proinde reatu constringitur, & impuritatibus aliorum commaculatur, nec proinde à tali Ecclesiâ est ei secedendum, h. e. separandum.

Pro explicatione & confirmatione responsi, explicabimus Terminos, Schisma, Separationem, Secessionem.

Schisma est illicita Separatio à communione Ecclesiæ; semper grande peccatum.

Separatio est discessus à communione Ecclesiæ; estque totalis, quando fit discessus à tali cœtu quâ Ecclesiâ; & consequenter, rejectio omnis communionis Ecclesiasticæ cum eâ societate. Vel partialis, ubi non fit discessus à cœtu quâ Ecclesia; sed licèt agnoscimus Ecclesiam, recusamus tamen cum eâ in nonnullis actionibus Ecclesiasticis communionẽ habere.

Utraque separatio quando licita, vel illicita, patebit in sequentibus.

Secessio mera, & licita neque est Schisma, neque Separatio, sive totalis, sive partialis: sed translatio personæ ab unâ Ecclesiâ in aliam; sive à purâ ad puriorem, cultus puritatis gratiâ; vel à purâ ad puram, aliis justis de causis.

His explicatis, procedit responsio syllabica ad partes quæstionis.

Dicimus 1.

Quamvis semper arctè tenendum, & semper profitendum, è vero puriorem Ecclesiam quoad

quoad fieri potest esse eligendam: fidelis tamen potest sese legitimè adjungere in communionem illius Ecclesiæ, in quâ omnibus Dei institutis frui non datur; sive hæc carentia institutorum sit inculpabilis, sive culpabilis, eaque per negligentiam vel per renuentiam.

Primò probatur in casu carentiæ inculpabilis.

Licèt fideli sese adjungere Ecclesiæ inorganicæ, ubi deficiente presbyterio necessariò desunt plurima instituta Dei.

1. Sam. 6. 1. Abfuit Arca ab Israele per spatium septem mensium; quis tamen dubitet licitum fuisse Proselytis, tunc temporis, sese Ecclesiæ Israeliticæ adjunxisse?

Pend. in Chr. 6. 63. Vrim & Thumim defuere Ecclesiæ, à tempore Captivitatis: nec unquam restituebantur.

Secundò in casu carentiæ culpabilis per negligentiam.

Abfuit Arca à Tabernaculo à temporibus Eli. 1. Sam. 4. 11. usque ad tempora Davidis 2. Sam. 6. 17.

Willet. in 1. Sam. cap. 25. quæst. 23. Ecclesia Iudaica omisit celebrationem Festi Tabernaculorum per spatium penè mille annorum. Neh. 8. 17. 18.

Tertiò in casu carentiæ culpabilis per renuentiam institutorum Dei.

In Ecclesiâ Iudaicâ non dabatur frui institutis Dei; rejecerunt enim Sacerdotes & Matth. 21. 25. Seniores, non tantùm Iohannem, sed & doctrinam

ctrinam & baptiſmum Iohannis, licebat interim hominibus ſeſe illis adjungere.

Scribæ rejecerunt baptiſma Iohannis. Marc. 11. 27. 31. & tamen Scribæ ſedentes in Moſis Cathedrâ ſunt audiendi; quorum auctitu, qualis ibi loci intelligitur, innuit conjunctionem Eccleſiæ Iudaicæ. Matth. 23. 2. 3.

Ex comparatione Eccleſiæ tolerantis rejectionem articuli fidei, cum Eccleſiâ rejiciente inſtitutum Dei.

Rejectio temporaria articuli fidei in Eccleſiâ tolerata eſt majus malum, quàm rejectio alicujus inſtituti.

In Eccleſiâ Corinthiacâ multi reſurrectionem mortuorum negabant & ludibrio habebant, atque hæc corruptela in Eccleſiâ tolerabatur: nec tamen in reformatione Eccleſiæ, vel Apoſtolus ſtatim prohibet unionem cum Eccleſiâ, vel præcipit ſeparationem ab Eccleſiâ.

Tolerata ſaltem eſt in Eccleſiis Galaticis rejectio doctrinæ juſtificationis per fidem; ubi fuere qui ſentiebant præter fidem opera, moralia & ceremonialia ad ſalutem neceſſaria: quam ἑτεροδιδασκαλίαν, vocat aliud Evangelium. Gal. 1. 6.

Majus autem hoc malum quàm ſi non daretur frui aliquo inſtituto; tamen non exinde ceſſabant eſſe Eccleſiæ. Gal. 1. 2.

Eſſe ergo membrum in Eccleſiâ Galaticâ, multò magis in Corinthiacâ, fuit adhuc licitum; & per conſequens, ſub reatu peccati non tenebantur ad præſentaneam ſeparationem, ſed in ſtatoine ſuâ potuerunt bonâ conſcien-

conscientiâ reformationem adhuc expectare; quidni & eâdem ipse potuit aliquis conscientiâ illæsâ sese vel Ecclesiis Galaticis, vel Corinthiacæ, etiam in hoc articulo defectionis adjungere? præcipuè seclusâ opportunitate communionis cum aliis Ecclesiis?

Dicimus 2.

Fidelem posse sese legitimè adjungere in communionem illius Ecclesiæ, in quâ corruptio aliqua in publico Dei cultu absque debiti reformatione toleratur.

Ibid. §. 37. Scortatio filiorum Israelis, post Ephod à Gideone institutum, fuit corruptio cultus tolerata.

Mos sacrificandi in excelsis à diebus Solomonis, usque ad tempora Ezekiæ, fuit corruptio in cultu publico tolerata.

Matth. 26. Idem censendum de translatione Paschatis in sequens Sabbatum ei contiguum, ne fieret concursus duorum dierum per quos erat festandum: qualis translatio apparet in Paschali observatione Christi, diversâ ab observatione Judæorum.

Hæc corruptela Scribarum & Pharisæorum in Mosis Cathedrâ sedentium, fuit ejusmodi corruptio; quia Cathedra Mosis, i. e. officium docendi publicè in Ecclesiâ legem Mosis, & libros Prophetarum, Sacerdotibus, & Levitis ex institutio Dei ordinariò propria erat: eos autem audire, non abiis separare jubet Christus, Matth. 23. 1. 2.

Gal. 4. 21. & 10. *item cap.* 5. 2. Huc accedit observatio circumcisionis & legis cæremonialis post resurrectionem Christi, idque cum opinione necessitatis ad salutem.

Hæ omnes fuere corruptiones in publico Dei cultu absq; debitâ reformatione toleratæ.

Quis autem his temporum vicibus vel unionem Ecclesiæ non licitam, vel non-separationem illicitam judicavit?

Illi pia tot Proselytarum ad Ecclesiam accedentium, & Ecclesiæ Proselytas acceptantis praxi: huic, vel ipse status piorum in Ecclesiâ permanentium suffragatur.

Ex comparatione corruptelæ in articulo fidei, cum corruptelâ in publico cultu.

Corruptela tolerata in articulo fidei, puta in doctrinâ de resurrectione mortuorum, est malum majus corruptelâ aliquâ in publico cultu.

Ar licebat fideli sese adjungere Ecclesiæ, nec adjuncto sub periculo reatus incumbebat sese separare à tali Ecclesiâ ubi tolerata fuit corruptela in articulo fidei, *Ergo*,

Officium est cujuscun fidelis sese adjungere alicui Ecclesiæ; adjungendo nos Ecclesiæ non adjungimus nos imperfectibus Ecclesiæ.

Fidelis adjungens sese Ecclesiæ non pura, præsertim ubi puriori frui non datur, non peccat.

Peccatum Ecclesiæ non eximit fidelem ab officio, sine peccato aut gravi incommodo, præstabili.

Sicut corruptio aliqua communicantium non arcere debet fidelem dignè manducare paratum, à cœnâ: ita neque corruptio aliqua in Ecclesiâ arcere debet fidelem ab unione cum illâ Ecclesiâ.

Dici-

Dicimus 3.

Fidelis potest legitimè sese adjungere in communionem illius Ecclesiæ, in quâ tales ad Sacramentorum participationem admittuntur, qui nulla evidentia resipiscentiæ, & fidei signa, seu opera edunt, sed mundi amorem in multis præ se ferunt.

1. Quicquid alii præstiterint, officium uniuscujusque membri adulti est, probare se ipsum, & ita de pane illo edere, & de poculo illo bibere.

2. Peccatum unius non potest alium fratrem, peccato suo non communicantem, privare beneficio; multò minus absolvere ab officio.

3. Si nos nosmet-ipsos probantes & dignè accedentes quantùm in nobis est, pro stationè nostrâ omnibus legitimis mediis contendimus ut vetus fermentum expurgetur, & simus nova massa; per alios indignè accedentes, non polluitur communio, licèt minuitur consolatio;

Quia causa (de eâ enim procedit quæstio) est tessera arctioris conjunctionis & communionis communicantium: communicantium dicimus, sed cave intelligas non absolutè, non peccatorum, non peccantium, sed juxta professionem illo sacro mysterio obsignatam, ambulantium.

Ecclesia Corinthiaca non fuit pura in
1. Cor. 14. 34 cultu; mulieres loquebantur, h. e. docebant in Ecclesiâ.

Corrupta in doctrinâ: multi negabant
1 Cor. 15. resurrectionem mortuorum.

In

In moribus corruptissima, ubi præter fornicationem, sectas, & alia plurima vitia, etiam mundi amorem aliqui præ se ferebant; unde lites coram judicibus Ethnicis circa τὰ Σιωτικά. 1. Cor. 6.

Apostolus autem non præcipit dignè paratis abstinentiam ab usu cœnæ; sed corrigit abusus circa cœnam, jubens ut quisque se probet, & ita edat.

Qualis fuerat Ecclesia Hierosolymitana (h. e. Iudaica) tempore Christi & Apostolorum, omnes norunt: corruptissima in moribus & religione.

Sacra illic administrabantur à pessimis Sacerdotibus: aderant quàm plurimi perditissimi nebulones. Zach. tom. 7. de Eccl. cap. 7.

Christus tamen & Apostoli in idem templum ingrediuntur ad publica religionis exercitia; iisdem sacris cum reliquo populo utuntur, neque aut desperata Pharisæorum impietas, aut dissoluta reliqui populi in vivendo licentia potuit eos à communionibus cum reliquo populo sacris arcere; quare? quoniam optimè sciebat Dominus & Apostoli, piorum conscientias nequaquam malorum societate pollui: si purâ conscientiâ iisdem sacris communicent.

Dicimus 4.

Etsi fidelis tali Ecclesiæ sese adjungat, non (quia adjungit) reatu constringitur & impuritatibus aliorum commaculatur.

1. Quia τὸ adjungere sese tali Ecclesiæ, etiam ubi omnes prædictæ corruptiones reperiuntur, uti videri est ex instantiâ Ec-

cesiæ Iudaicæ, est licitum: quod in prædicis probatum dedimus.

Licitum verò quâ licitum, non est illicitum.

Distinguendum inter unionem cum Ecclesiâ verè, licèt non purâ, & participationem cum impuritatibus Ecclesiæ non puræ.

Peccat fidelis participans cum impuritatibus Ecclesiæ: quâ autem unit, vel adjungit sese Ecclesiæ veræ, licèt minùs puræ, non peccat.

Si verò adjungere sese tali Ecclesiæ, sc. veræ, licèt non puræ, sit peccatum; tùm, vel quia fidelis sese adjungens Ecclesiæ, adjungit sese impuritatibus Ecclesiæ, quod affirmare est confundere naturam Ecclesiæ cum impuritatibus Ecclesiæ; vel quia natura talis Ecclesiæ est peccaminosa; atqui hujus affirmatio esset blasphemia mediata.

Si merum verò adjungere sese tali Ecclesiæ sit peccatum, quomodo non sequeretur esse membrum in tali Ecclesiâ esset peccatum. Tum nasci membrum in tali Ecclesiâ esset peccaminosum, hoc est esse sanctum, sensu Apostoli esset peccaminosum.

1. Cor. 7. 14.

Dicimus 5.

Fideli qui ejusmodi Ecclesiæ sese adiunxit, non proinde à tali Ecclesiâ idque sub periculo reatus est secedendum: hoc est separandum.

Cui Ecclesiæ, quia Ecclesia, fas est nos adiungere, ab eâ quasi non Ecclesiâ, fas non est nos separare: hoc nisi verum est, contradictoria possunt esse simul vera. Licitum

esse

esse adiungere tali Ecclesiæ, & peccatum esse non separare totaliter à tali Ecclesiâ: implicant.

Cum prius dicit Ecclesiam, posterius dicit non-Ecclesiam.

Alterum affirmat, alterum negat idem.

2. Ponere unionem tali Ecclesiæ legitimam, & non-separationem ab eâdem Ecclesiâ reatum, ponit unionem communionis in capacem; h. e. frustraneam, quod eatenus sumit nomen Dei in vanum. Contra præceptum tertium.

3. Si unio tali Ecclesiæ sit legitima, multum abest à veritate, ut non-separatio à tali Ecclesiâ sit peccatum; patet ex collatione actus unionis cum actu separationis.

Actus separationis & unionis non sunt paris latitudinis, cùm actus separationis ab Ecclesiâ cui jam unio facta est, in ordine ad libertatem, sit multò angustior actu unionis, vel non unionis, ad hanc vel illam Ecclesiam.

Potest dari casus:

Quando Thomæ nondum adiuncto huic Ecclesiæ, licita est non-unio cui adjuncto; illicita est ab hac Ecclesiâ separatio. Nondum unitus Ecclesiæ, est suæ potestatis, & licèt teneatur indefinitè unire sese Ecclesiæ, non tamen definitè, huic Ecclesiæ.

Deinde, simplex non unio neque negativè, neque positivè petit Ecclesias, quibus sese non adjungit; aliter omnes Ecclesiæ, quibus Thomas sese non unit, quamvis unicæ adhærere potest, ab eius non-unione pererentur.

At actus Thomæ separantis longe alia est ratio: utpote duo contraria dicens, primò illum fuisse religione membri, definitè astrictum huic Ecclesiæ:

2. Eum positivè negare hanc esse Ecclesiam, à quâ facta est totalis separatio.

Apparet denuò ex analogiâ non-admissionis & excommunicationis, cum non-unione & separatione.

Sicut enim major restrictio est in excommunicatione, quàm in non-admissione: Non enim potuerunt eos unitos ejicere Matth. 13. 29. quos nondum unitos potuerunt, imò debuerunt, non admittere. Matth. 13, 25.

Ita major restrictio est in separatione, quàm in non-unione:

Uniti non possumus nos aliquando sine peccato separare ab eâ Ecclesiâ,

Cui nondum uniti, possumus nos sine injuriâ, non adjungere.

Summa. Si ex eo quod excommunicati restrictior est admissione, sequitur Ecclesiam non teneri ejicere, imò teneri non ejicere, quem non tenebatur admittere, imò quem aliquando tenebatur non admittere; tùm ex eo quòd separatio non modò restrictior est non-unione, sed etiam non-unio latior non-admissione, & separatio restrictior excommunicatione, in eo quòd hæc sit actus societatis in unum membrum, illa actus unius membri adversus societatem: sequitur, fidelem licèt ante unionem potuit sese non adjungere, at postquam sese legitimè adjunxit, non modò non teneri ad separationem, sed

&

& aliquando teneri à separatione.

Stat ergo, ubi τὸ adiungere licitum: ibi τὸ non-separare non est illicitum.

Quo casu licita est separatio?

Separatio licita est quando Ecclesia cessat esse Ecclesia; nimirum per defectionem ab essentialibus fidei, vel ordinis, adiunctâ contumaciâ: non audiendo vocem concilii, & sororum Ecclesiarum in casu scandali manifesti.

Quando autem hic vel ille cœtus habendus sit pro non-Ecclesiâ, penes concilium in statu Ecclesiarum ordinato judicium esto.

Hinc separatio ab Ecclesiâ Papanâ, est licita, & necessaria: Apoc. 18. 4.

Cum sit destituta essentialibus, & factio pertinax Antichristi, Ecclesia quæ fidem respuit, nec Apostolicæ prædicationis fundamenta possidet, ne quam labem perfidiæ possit aspergere, deserenda est. *Ambros. commens. in Luc.*

Separatio totalis ab omni communione cum Ecclesiâ verâ licèt non purâ, est illicita.

Hæc propositio, separatio totalis ab Ecclesiâ verâ est licita, implicat; laborans contradictione in adjecto; siquidem τὸ separatio, negat; Τὸ Ecclesia vera, affirmat Ecclesiam.

Abstinentia autem ab omni communione potest adhiberi erga Ecclesiam, admonitionem concilii & sororum Ecclesiarum non-audientem, licèt nondum declaretur non-Ecclesia.

Separatio particularis licita est ab actio-

 nibus

nibus, & cultibus illicitis; in quibus non possumus communicare sine peccato.

Separatio ab Ecclesiâ tempore Solomonis fuit illicita.

Separatio tamen à cultu illicito sacrificandi in Ecclesiis, fuit licita, & necessaria, necessitate præcepti.

Nondum rejecerat Paulus Ecclesiam Iudaicam, Gal. 3. 3. utpote anno Christi circiter 51. currente: nedum communicaret cum eâ, in administrandâ circumcisione, ut ad salutem necessariâ.

Non separandum ab Ecclesiis Lutheranis propter fundamentalium professionem: Abstinendum tamen à cœnâ Lutheranâ, propter ἀρτολατρίαν, & συνουσίαν.

In quibus casibus licita est secessio ab Ecclesia vera?

1. Si quis non possit in eius communione manere sine communicatione in peccatis.

Amos. de cas. cons. l. 5. c. 12.

2. Si manifestum sit periculum seductionis.

3. In casu persecutionis; si oppressione & persecutione secedere cogatur.

4. Puriori cultus & ædificationis causâ, nullo grandi incommodo obstante.

Quomodo est facienda secessio ab Ecclesia vera?

Non sine debito usu omnium mediorum, ad impuritates amovendas.

Non

Non statim, sed utendum prudentiâ, patientiâ, longanimitate;

Longanimitas in tali casu debetur fratri, multò magis Ecclesiæ.

Sine condemnatione, sed non sine agnitione Ecclesiæ, à quâ fit secessio.

Communione cum tali Ecclesiâ continuatâ in licitis.

Quomodo in Ecclesia minus pura communio, salva conscientia, est continuanda?

Vsque collimandum, & pro statione nostrâ enitendum, ut Ecclesia purificetur, juxta mentem Christi.

Non sine tempestivâ & debitâ communefactione Ecclesiæ de suis defectibus.

Defectus, sanctis gemitibus, & sacris deplorandi sunt.

Sine communicatione cum Ecclesiâ, in actionibus illicitis.

Nullo modo probando, sed prudenter & patienter tolerando defectus, in eâ Ecclesiâ, quam neque possumus curare, nec ab eâ sine graviori malo secedere.

Gravissima incommoda faciunt aliquando, ut præcepta affirmativa definant obligare, quod aliàs non possit non observari, sine peccato. *Amos de eas. Pœnit. l. 4. c. 24.*

Quùm autem lex permittit quod malum est (loquitur autem de lege Dei) non probat fieri, sed tolerat: tolerat autem maxime in malis publicis. *Iun. in Deut. cap. 20.*

Quùm malâ etiam, singularia, sine malo

graviori publico, curari non possunt; ferendum enim est quod non potest corrigi.

Parens in Matth. 13. In reformatitione Ecclesiarum observanda doctrina, ut nimiam ἀκρίβειαν sectantes, plùs noceant quàm prosint Ecclesiæ.

Spiritus domini nostri Iesu Christi est Spiritus veritatis, pacis, & communionis, adeò amans pacis ut præcipiat communionem cum Ecclesiâ verâ, licèt non purâ: & adeò amans veritatis ut prohibeat impuritatem in Ecclesiâ quâcunque.

Rejicimus Separatistas non distinguentes inter Ecclesiam & impuritates Ecclesiæ. Grave crimen schismatis.

Rejicimus Formalistas non satis distinguentes Ecclesiam à non-Ecclesiâ, non separantes pretiosum à vili, quid hoc abest à confusione?

Confusio & schisma, sunt Scylla & Charybdis: Pax & Veritas, Iachin & Bohaz rei Christianæ; quorum adeptio, sub eo enitenda, ab eo imploranda, & expectanda, qui est pax, via, veritas, solus potens, inter tot varias & (proh dolor) ferventes lites, & discrepantes, piorum, juxta ac doctorum sententias, porrigere calamum, & κατευθύνας servos suos in concordiam & perfectam templi, altaris, adorantium mensuram; nos viros, fratres, veritatem in charitate indagantes, tùm à sinistrâ confusionis, tùm à dextrâ separationis conservando.

Gen. 13. 8.

FINIS.

Δόξα τῷ Θεῷ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς ἀληθείας.

INDEX

Quæſtionum

à Clariſſ. viro D.

G. APOLLONIO

Propoſitarum.

CAP. I.

De Qualificatione Membrorum Eccleſiæ.

Pag. 1.

AN nullus in externæ Eccleſiæ communionem ſit admittendus, niſi qui reali internâ ſanctitate regenerationis, & juſtificante fide in Chriſtum ſit prædituſ, ſeu qui rigido examine exploratus ſigna veræ fidei & ſanctitatis internæ realis tam evidentia dederit quæ omnem conſcientiam hominum convincere poſſint de ſyncerâ ejus fide, reſipiſcentiâ & communione in Chriſto: & ſi Eccleſia Dei aliquos admittat, in quibus hæc ſigna non probantur evidenter, illam ſcortum aliquod impurum in ſinum Chriſti immittere, & falſa Eccleſiæ membra admittere, quamvis is qui admittitur in externam Eccleſiæ communionem, externâ & ſoederali ſanctitate à mundo ſit ſegregatus, ſciențiâ Dei & veră religione, profeſſione nominis

Chriſti

Christi & in externâ conversatione puritatis donis absque scandalo sit ornatus?

2. An in examine eorum qui in Ecclesiam externam admittuntur necessariò hæc omnia sunt quærenda, an in religionis dogmatis pura sit illorum scientia, fides & professio?

3. An articulatim possint demonstrare evidentia veræ gratiæ salutaris τεκμήρια, opus fidei & veræ resipiscentiæ, à Deo in sese inceptum, synceram in omnibus operibus pietatem, spiritum humilem & modestum, ut syncerâ concordiâ unoque affectu in Ecclesiæ societate cum aliis sentire, & colaetere possint?

4. An sufficienter ex verbo Dei sint edocti de fœdere Ecclesiastico quod ineunt, & quid iis secundum illud sit agendum, & an hoc examen sit necessariò instituendum coram totâ Ecclesiæ multitudine, in quo & omnibus Ecclesiæ membris competat inquirendi, perscrutandi, interrogandi quicquid de prædictis articulis, ab examinando seu admittendo exquirere velint?

CAP. II.

De fœdere Ecclesiastico.

Pag. 20.

AN fœdus Ecclesiasticum tale quo membra particularis Ecclesiæ inter se sociantur, & publico & expresso assensu & promisso sese invicem uniunt & devinciunt ad timorem & sanctum Dei cultum, unitatem fidei,

fidei, fraternum amorem, ædificationem, & omnia pietatis officia, in sanctâ communione cum Deo inter se exercenda?

6. An (inquam) tale fœdus est absolutè necessarium ad veræ Ecclesiæ constitutionem, ita ut absque eo nulla sit vera Ecclesia, nullum verum Ecclesiæ membrum, nullumque aliud sit vinculum & medium, quo homines in unam Ecclesiam uniri possint, quamvis unâ externâ fidei professione, veritatis & sanctitatis praxi eodem baptismate uniantur, eundem publicum cultum divinum uno in loco frequentent, iisdem in pectoribus Ecclesiæ subsint, eâdem lege & jurisdictione Ecclesiasticâ gubernentur, & disciplinâ coerceantur, nisi fœdus tale expressum & solenne intra Ecclesiæ membra & rectores publicè coram totâ Ecclesiâ ineant?

7. An fœdus hoc Ecclesiasticum sit unum & idem cum divino fœdere gratiæ, ita ut omnes sub hoc fœdere Ecclesiastico sint qui sub fœdere gratiæ continentur. An verò diversum ita ut verè in hoc fœdere Ecclesiastico contineantur aliqui, qui tamen sub fœdere gratiæ non sunt: & verè sub fœdere gratiæ sint qui hoc fœdere Ecclesiastico non continentur?

8. An Sacramenta sint signa & sigilla fœdus hoc Ecclesiasticum confirmantia principaliter (addo) ad hoc ratificandum instituta, ita ut illis solis sint administranda qui fœdere hoc Ecclesiastico inter se uniuntur, aliis verò qui in Ecclesiasticâ communione & firmâ societate non vivunt sint deneganda?

9. Proin-

9. Proinde an infantes quorum parentes proximi solenni & Ecclesiastico hoc fœdere alicui particulari Ecclesiæ sese non adjungunt, sive ex negligentiâ sive ex occasionis defectu, sive ex conscientiæ scrupulo, super hoc fœdere susceptio in Ecclesiâ non sint baptizandi sed ut extranei fœderis baptismi incapaces, privilegiorum Ecclesiæ expertes sint æstimandi?

CAP. III.

De Ecclesiâ particulari seu instituta,

Pag. 39.

10. AN externa Ecclesiæ quæ in sacris literis ut spiritualis politia & domus Dei describitur, illis limitibus jure divino constringantur ut necessariò ordinatiò uno loco contineri possit, & convenire debeat, ad publicum Dei cultum celebrandum, ita ut illius Ecclesiæ constitutio quæ uno in loco primariò ad cultum Dei celebrandum convenire nequeat (ob suam multitudinem) sit illegitima & pugnans cum jure divino & institutione Apostolicâ, de essentiâ & constitutione Ecclesiæ in sacris descriptæ?

10. An nulla sit Ecclesia (ut vocant) repræsentativa, quæ vel particularis Ecclesiæ communitatem repræsentat, vel multarum

Eccle-

Ecclesiarum communionem exprimat, & earum negotia exequitur jure Dei?

11. An duplex sit communio spiritualis, Ecclesiastica propriè dicta, & religiosa latiùs patens; Ecclesiastica solummodo sit colenda cum eis qui ejusdem Ecclesiæ particularis nobiscum membra sunt religiosa cum omnibus Christianis, sive particulari alicui Ecclesiæ junctis, sive non, & quòd Ecclesiastica communio consistat in illis officiis, privilegiis, & institutis quæ illi particulari Ecclesiæ sunt propria & peculiaria; ut sunt admissio membrorum in suam societatem Ecclesiasticam particularem, mutua membrorum inspectio, & cura inter se, admonitionis censura, excommunicatio, excommunicati reconciliatio, Sacramentorum administratio, Pastorum & Rectorum vocatio, & vocatorum καθαίρεσις, & quod hujus Ecclesiasticæ communionis officia exercenda sint solummodo inter ejusdem particularis Ecclesiæ membra, exclusis omnibus alterius particularis Ecclesiæ membris, ita ut nec Pastor, nec membrum hujus particularis Ecclesiæ particeps esse possit horum officiorum in alterâ Ecclesiâ particulari. Et si possit, quo medio privilegia & institutæ communionis Ecclesiasticæ hujus Ecclesiæ particularis deriventur, ad membra seu Rectores alterius Ecclesiæ particularis. Ast quod communio religiosa consistat in hisce officiis & institutis verbi, nempe prædicatione, auditione, & benedictione, & publicè in Ecclesiastico conventu, per Ecclesiæ Rectores sive alias Ecclesiæ membra, factis. Quæ cum omnibus

bus Christianis sunt exercenda, quæque omnibus sunt permittenda.

An nullam Ecclesiæ membrum ex Ecclesiâ particulari dimitti possit dedito ad aliam Ecclesiam nisi post cujusvis discessus ejus examen accuratum ab Ecclesiâ institutum & expressum illius Ecclesiæ consensum. Et si absque ejusmodi examine & consensu discedat quispiam, is fœdus cum Deo & Ecclesiâ impiè frangat?

CAP. IV.

De Ministerio & Potestate Ecclesiasticâ.

Pag. 56.

12. AN Ecclesiæ membris omnibus, seu multitudini tanquam primo, proprio & immediato subjecto à Christo tradita sit omnis potestas Ecclesiastica, seu potestas clavium, ita ut fideles qui nullo officio Ecclesiastico gaudent, possint immediatè per se (exclusis etiam Ecclesiæ Rectoribus) exercere omnem Ecclesiasticam jurisdictionem, disciplinam, cultum & negotia Ecclesiastica exceptis solis Sacramentis. Proinde an privati fideles Ecclesiæ membra potestatem Ecclesiasticam hujusmodi habeant, ut possint per se authoritativè membra Ecclesiæ ad communionem Ecclesiasticam admittere: Ecclesiastica authoritate offendicula patrantes arguere,

re, excommunicatione & censuris Ecclesiasticis ligare, ab excommunicatione solvere, & authoritativè peccata remittere, authoritativè Dei verbum prædicare, explicare, & ad usus particulares applicare, imò omnia alia perficere quæ ad spiritualem Ecclesiasticæ societatis ædificationem pertinent solis exceptis Sacramentis. Et quòd hæc omnia possint exequi, exclusis Ecclesiæ Rectoribus omnibus & aliarum Ecclesiarum inspectione & authoritate?

CAP. V.

Pag. 73.

13. AN Ecclesiæ multitudo harum rerum potestatem derivet in Ecclesiæ Rectores, ex ipsâ voluntate ita determinatam ut Ecclesiæ Pastores in illis nihil possint nisi ex multitudinis sive permissione, sive decreto, ita ut Rectores sint Ecclesiæ servi proprièdicti, & Ecclesia horum Magistra & Regina, Pastores tantùm sint Ecclesiæ os & manus, cujus interventu decreta sua exequitur, ita ut omnia ex multitudinis nomine & authoritate fiant, quæ etiam potestatem Rectoribus Ecclesiæ commissam revocare, restringere, vel etiam ad majorem Ecclesiæ ædificationem in alia Ecclesiæ membra transferre possit?

CAP.

CAP. VI.

Pag. 67.

14. AN Minister alicujus Ecclesiæ particularis non tantùm virtute donorum & ex communi charitatis officio, sed vi suæ vocationis legitimè obire potest actus ministeriales officii sui Ecclesiastici communione alterius Ecclesiæ particularis ad cujus ordinarium ministerium non est vocatus?

CAP. VII.

Pag. 68.

15. AN finis & effectus operis ministerii Ecclesiastici solummodò sit confirmatio & ædificatio eorum qui sunt conversi, & veræ Ecclesiæ membra, ita ut ex vi Ecclesiasticæ functionis Ministri Ecclesiarum non magis teneantur convertere animas aberrantes eorum qui in mundo & peccatis extra Ecclesiasticam communionem vivunt, quàm omnes alii fideles donis Spiritus Sancti prædicti, ex communi charitatis officio tenentur, & nunquam vi sui Ecclesiastici ministerii aliquos convertant nisi per accidens?

CAP.

CAP. VIII.

De vocatione Ministrorum.

Pag. 46.

16. AN electio Ministrorum Ecclesiæ ita toti multitudini competat, ut ejus suffragio ac decreto Pastorum electio sit peragenda; sive qui Ecclesiæ Rectorum tantùm electione cum merito assenso plebis in Ecclesiam admittantur, non sunt legitimè vocati, sed ut in sacrum ministerium intrusi?

CAP. IX.

Pag. 99.

17. AN toti multitudini Ecclesiæ competat examen Pastorum per manuum impositionem, eorundem ordinatio in officium Ecclesiasticum, collatio potestatis clavium in Ministros, & tota illa potestas, quæ Ministris officium Ecclesiasticum tribuit, & rursum pastorum à munere suspensio & remotio legitima & Ecclesiasticâ authoritate facta?

De Classibus & Synodis,

Pag. 169.

18 AN Ecclesiæ particulares mutuam communionem inter se inire possint in Synodis & Classibus, & in iis causæ communes omnium Ecclesiarum (id est, tales res quæ omnibus Ecclesiis particularibus quæ omnes sunt, quamvis immediatè tantùm Ecclesiam tangunt, ut sunt Pastorum vocationes, membrorum excommunicationes, &c. vel etiam tales res, quæ immediatè omnes Ecclesias ex æquo tangunt communiter) communi consensu Ecclesiarum authoritativè dijudicentur, & discernantur, ita ut particulares Ecclesiæ, eorum decretis sese subjicere debeant sub pœnâ censuræ Ecclesiasticæ, quæ etiam in casu insufficientiæ, illegitimæ administrationis & provocationis, causas Ecclesiæ particularis proprias cum jurisdictione Ecclesiasticâ, pertractare possint?

CAP.

CAP. XI.

De Exercitio Prophetico.

Pag. 120.

19. AN exercitium propheticum & ordinarium & perpetuum institutum in Ecclesiâ, in quo privati homines qui nullo Ecclesiastico munere gaudent, ad dona spiritus exercenda possint publicè coram toto Ecclesiæ cœtu verbum Dei prædicare, explicare, & applicare ad institutionem, confutationem, reprehensionem, exhortationem, consolationem auditorum, cum potestate authoritate ac nomine Dei?

CAP. XII.

De Formulis Ecclesiasticis.

Pag. 129.

20. AN Sacra Scriptura non tradiderit certam formam disciplinæ gubernationis Ecclesiæ & cultus divini publici in omnibus essentialibus quæ ad Ecclesiæ constitutionem & regimen pertinent, & in aliis quæ ex voluntate Dei necessariò non requiruntur ad Ecclesiæ constitutionem & regimen non tradiderit certas & generales regulas, secundum quas omnes res ad constitutionem

tutionem & regimen Ecclesiæ non necessariæ dirigi debeant, & an Ecclesiæ potestati non sit permissum certos canones & formulas constitutas præscribere quibus res à Deo non necessariò requisitæ secundum generales Scripturæ regulas ex juris naturalis & sanctæ prudentiæ præceptis ad Ecclesiæ ædificationem, ordinem & decorem cultus divini potestate Ecclesiastica præscribuntur?

CAP. XIII.

Pag. 135.

21. AN liceat uti formulis precum, administrationum Sacramentorum, &c. præscriptis in Ecclesiâ, & an reæ sint Ecclesiæ quæ illis utuntur superstitionis, cultus voluntarii, & violati præcepti secundi, & an cum Ecclesiis illis communionem Ecclesiasticam colere liceat ubi tales formæ in publico cultu sunt in usu, & an fideli non incumbat ut se separet, & sejungat ab ejusmodi Ecclesiâ nisi in cultu superstitioso imaginum participare velit?

CAP.

CAP. XLV.

De Stipendiis Miniſtrorum.

Pag. 142.

22. AN illegitimum ſit quòd Miniſtri Eccleſiæ vivant ex ſtatis ac certis ſtipendiis, ex quod ex voluntariâ Eccleſiæ contributione vitam ſuſtentare debeant, & juſtè & legitimè vivere velint?

CAP. XV.

De Magiſtratu Politico.

Pag. 147.

23. AN Magiſtratui Chriſtiano competat ſupremum in rebus Eccleſiaſticis judicium, & ultima ad eum provocatio ſit inſtituenda, ita ut Eccleſiæ membra inter ſe de cauſis purè Eccleſiaſticis diſſidentia per nullam aliam in terris poteſtatem in ordinem dirigi debeant, quàm per Magiſtratus civiles?

CAP.

CAP. XVI.

De Separatione & Schismate.

Pag. 156.

AN nemo legitime sese adjungere possit in communionem illius Ecclesiæ in quâ omnibus Dei institutis frui non datur, aut in quâ corruptio aliqua in publico Dei cultu absque debitâ reformatione toleratur, aut tales ad Sacramentorum participationem admittuntur, qui nulla evidentia resipiscentiæ & fidei signa, seu opera edunt, sed mundi amorem in multis præ se ferunt, & si tali Ecclesiæ sese adjungat, an tenetur constrictus, & impuritatibus aliorum commaculetur, proinde an à tali Ecclesiâ sit secedendum?



bus Christianis sunt exercenda, quaque omnibus sint permittenda.

An nullum Ecclesiæ membrum ex Ecclesiâ particulari dimitti possit debito ad alium Ecclesiam nisi post cautum discessus ejus examen necessitatis ab Ecclesiâ instituendum & expressum illius Ecclesiæ consensum. Et si absque ejusmodi examine & consensu discedat quispiam, is fœdus cum Deo & Ecclesiâ impiè frangat?

CAP. IV.

De Ministerio & Potestate Ecclesiastica.

Pag. 56.

12. AN Ecclesiæ membris omnibus, seu multitudini tanquam primo, proprio & immediato subjecto à Christo tradita sit omnis potestas Ecclesiastica, seu potestas clavium, ita ut fideles qui nullo officio Ecclesiastico gaudent, possint immediatè per se (exclusis etiam Ecclesiæ Rectoribus) exercere omnem Ecclesiasticam jurisdictionem, disciplinam, cultum & negotia Ecclesiastica excepta solis Sacramentis. Proinde an privati fideles Ecclesiæ membra potestatem Ecclesiasticam hujusmodi habeant, ut possint per se authoritativè membra Ecclesiæ ad communionem Ecclesiasticam admittere: Ecclesiastică authoritate offendicula patrantes arguere,

re, excommunicatione & cæteris Ecclesiasticis ligare, ab excommunicatione solvere, & authoritativè peccata remittere, authoritativè Dei verbum prædicare, explicare, & ad usus particulares applicare, imò omnia illa perficere quæ ad spiritualem Ecclesiasticæ societatis ædificationem pertinent solis exceptis Sacramentis. Et quòd hæc omnia possint exequi, exclusis Ecclesiæ Rectoribus omnibus & aliarum Ecclesiarum inspectione & authoritate?

CAP. V.

Pag. 73.

13. AN Ecclesiæ multitudo harum rerum potestatem derivet in Ecclesiæ Rectores, ex suâ voluntate ita determinatam ut Ecclesiæ Pastores in illis nihil possint nisi ex multitudinis sive permissione, sive decreto, ita ut Rectores sint Ecclesiæ servi proprie dicti, & Ecclesia horum Magistra & Regina, Pastores tantùm sint Ecclesiæ os & manus, cujus interventu decreta sua exequitur, ita ut omnia ex multitudinis nomine & authoritate fiant, quæ etiam potestatem Rectoribus Ecclesiæ commissam revocare, restringere, vel etiam ad majorem Ecclesiæ ædificationem in alia Ecclesiæ membra transferre possit?

CAP.

CAP. VI.

Pag. 67.

14. AN Minister alicujus Ecclesiæ particularis non tantùm virtute donorum & ex communi charitatis officio, sed vi suæ vocationis legitimè obire potest actus ministeriales officii sui Ecclesiasticâ communione alterius Ecclesiæ particularis ad cujus ordinarium ministerium non est vocatus?

CAP. VII.

Pag. 68.

15. AN finis & effectus operis ministerii Ecclesiastici solummodò sit confirmatio & ædificatio eorum qui sunt conversi, & vera Ecclesiæ membra, ita ut ex vi Ecclesiasticæ functionis Ministri Ecclesiarum non magis teneantur convertere animas aberrantes eorum qui in mundo & peccatis extra Ecclesiasticam communionem vivunt, quàm omnes alii fideles donis Spiritus Sancti præditi, ex communi charitatis officio tenentur, & nunquam vi sui Ecclesiastici ministerii aliquos convertant nisi per accidens?

CAP.

CAP. VIII.

De vocatione Ministrorum.

Pag. 96.

16. AN electio Ministrorum Ecclesiæ ita toti multitudini competat, ut ejus suffragio ac decreto Pastorum electio sit peragenda; sive qui Ecclesiæ Rectorum tantùm electione duo tertio assenso plebis in Ecclesiam admittantur, non sunt legitimè vocati, sed ut in sacrum ministerium intrusi?

CAP. IX.

Pag. 99.

17. AN toti multitudini Ecclesiæ competat examen Pastorum per manuum impositionem; eorundem ordinatio in officium Ecclesiasticum, collatio potestatis clavium in Ministros, & tota illa potestas, quæ Ministris officium Ecclesiasticum tribuit, & rursum pastorum à munere suspensio & remotio legitima & Ecclesiasticâ authoritate facta?

De Classibus & Synodis,

Pag. 109.

18 AN Ecclesiæ particulares mutuam communionem inter se inire possint in Synodis & Classibus, & in iis causæ communes omnium Ecclesiarum (id est, tales res quæ omnibus Ecclesiis particularibus communes sunt, quamvis immediatè unam tantùm Ecclesiam tangunt, ut sunt Pastorum vocationes, membrorum excommunicationes, &c. vel etiam tales res, quæ immediatè omnes Ecclesias ex æquo tangunt communiter) communi consensu Ecclesiarum authoritativè dijudicentur, & discernantur, ita ut particulares Ecclesiæ, eorum decretis sese subjicere debeant sub pœnâ censuræ Ecclesiasticæ, quæ etiam in casu insufficientiæ, illegitimæ administrationis & provocationis, causas Ecclesiæ particularis proprias cum jurisdictione Ecclesiasticâ, pertractare possint?

CAP.

CAP. XI.

De Exercitio Prophetico.

Pag. 130.

19. AN exercitium propheticum ut ordinarium & perpetuum institutum in Ecclesiâ, in quo privati homines qui nullo Ecclesiastico munere gaudent, ad dona spiritus exarata possint publicè coram toto Ecclesiæ cœtu verbum Dei prædicare, explicare, & applicare ad institutionem, confutationem, reprehensionem, exhortationem, consolationem auditorum, cum omni authoritate in nomine Dei?

CAP. XII.

De Formulis Ecclesiasticis.

Pag. 137.

20. AN Sacra Scriptura non præscripserit certam formam disciplinæ gubernationis Ecclesiæ & cultus divini publici in omnibus essentialibus quæ ad Ecclesiæ constitutionem & regimen pertinent, & in aliis quæ ex voluntate Dei necessariò non requiruntur ad Ecclesiæ constitutionem & regimen non tradiderit certas & generales regulas, secundum quas omnes res ad constitutionem

rationem & legitimam Ecclesiæ non necessariæ dirigi debeant, & an Ecclesiæ potestati non sit permissum certos canones & formulas constituere præscribere quibus rejà Deo non necessariò requisitæ secundum generales Scripturæ regulas ex juris naturalis & sanctæ prudentiæ præceptis ad Ecclesiæ ædificationem, ordinem & decorem cultus divini potestas Ecclesiastica præscribantur?

CAP. XIII.

Pag. 135.

21. AN liceat uti formulis precum, administrationum Sacramentorum, &c. præscriptis in Ecclesiâ, & an res sint Ecclesiæ quæ illis utuntur superstitiosis, cultus voluntarii, & violati præcepti secundi, & an cum Ecclesiis illis communionem Ecclesiasticam colere liceat; ubi tales formulæ in publico cultu sunt in usu, & an fideli non incumbat ut se separet, & sejungat ab ejusmodi Ecclesiâ nisi in cultu superstitioso imaginem participare velit?

A

CAP.

CAP. XLV.

De Stipendiis Miniſtrorum.

Pag. 142.

22. AN illegitimum ſit quòd Miniſtri Eccleſiæ vivant ex ſtatis ac certis ſtipendiis, ſed quòd ex voluntariâ Eccleſiæ contributione vitam ſuſtentare debeant, ſi juſtè & legitimè vivere velint?

CAP. XV.

De Magiſtratu Politico.

Pag. 147.

23. AN Magiſtratui Chriſtiano competat ſupremum in rebus Eccleſiaſticis judicium, & ultima ad eum provocatio ſit inſtituenda, ita ut Eccleſiæ membra inter ſe de cauſis purè Eccleſiaſticis diffidencia per nullam aliam in terris poteſtatem in ordinem dirigi debeant, quàm per Magiſtratus civiles?

CAP.

CAP. XVI.

De Separatione & Schismate.

Pag. 156.

AN nemo legitimè sese adjungere possit in communionem illius Ecclesiæ in quâ omnibus Dei institutis frui non datur, aut in quâ corruptio aliqua in publico Dei cultu absque debitâ reformatione toleratur, aut tales ad Sacramentorum participationem admittuntur, qui nulla evidentia resipiscentiæ & fidei signa, seu opera edunt, sed mundi amorem in multis præ se ferunt, & si ali Ecclesiæ sese adjungat, an tales constrinctur, & impuritatibus aliorum commaculetur, proinde an à tali Ecclesiâ sit secedendum?